Nihil enim diuinitate omnium conditorem et
omnia gubernantem deponit. Philosophi in ea
potentiam operandi, sapientiam, volunta-
tem. Si enim non potuit et nesciuit quomodo
modo tam pulchra faceret. Si tamen fecit et
noluit vel ignorans vel coactus hoc fecit.
Sed quod ignoraret qui etiam non est hominum
cogitationes. Et inuitum coget illum
qui omnia potest. Est ergo in diuinitate potentia,
sapientia, voluntas. Has tres personas
vocant vocabula illa a vulgari propter
affinitatem quandam transferentes potentiam
tiam patrem, sapientiam filium, voluntatem
spiritum sanctum. Potentia dicitur pater quia
omnia creat et pro libito effectum disponit.
Sapientia vero dicitur filius a patre ante secula
genitus et tamen illi coeternus quia ut fi-
lius temporalis est a predicta sapientia

filius gignitur a patre

eternaliter et consubstancialiter est apostolus
Et quia diximus filium gigni a patre
et tamen coeternum illi esse de illa geni
tura aliquid dicamus. Illud autem c
taciter ne sine defecit illud quod in
venit generacionem eius quis enar
rabit putet nobis efficit. Illud enim
dictum est non quia impossibile sit sed
quia difficile est. Pater ergo genuit fi
lium id est divina potencia sapienciam. quia per
vidit qualiter res crearet et creatas
disponeret. Et quia ante secula hoc previdit
ante secula sapienciam id est filium genuit
et hoc per se non per alia. quia neque per ali
cuius doctrina neque usus per peticionem. Nec
propria nam hoc facere habuit per quo an
fuit. Sed si fas est dicere de eterno per quo
hoc sciunt. nec fuit cum ista sciret. Sic
ergo eternus est et sapiencia eius eterna est.
Sic igitur pater genuit filium sibi coeternum
et consubstancialem. Voluntas divina vo
catur spiritus. Est autem proprie spiritus aliquis
sed quia in spiritu et anhelitu sepe vo
luntas hominis percipitur. alter enim spirat letus
alter iratus. divinam voluntatem tras
latiue vocaverunt spiritum sed antonomasice
sanctum. Et spiritus iste a patre enim et filio pro
cedens quia voluntas divina et bonitas
in est qua ita potens est et sapiens deus
effectu ostenditur. Nichil enim est
aliud spiritum sanctum a patre et filio procedere
quam divinam voluntatem per potenciam et
sapienciam usque ad creacionem rerum et guber
nacionem procedere. Sed bonitas et voluntas
patri coeterna est et filio. Non enim fu
it et potens et sapiens qui non esset
bonus quia idem est deo et esse et bonum
esse et ante tempora voluit quod fecit
nulla in eo est mutabilitas. Coeterna
est ergo pro deo voluntas et bonitas.
Sed hec potestas est asserere unitas
tas. Una enim est substancia potencia di
vinitatis et sapiencia et bonitas. Et ne

bonitas tribus in operibus cooperetur. Sed nunquam
divina potencia aliquid agit sine sa
piencia et voluntate. nec sapiencia sine
potencia et voluntate. nec voluntas
sine sapiencia et potencia. Sed tamen quedam
opera referuntur potencie et sic patri.
quedam sapiencie et [illegible] filio. quedam volun
tati et spiritui sancto attribuuntur. potencie in patre
et filio missio quia opata est potencia et vo
luntas et mito sapiencie ascribitur. Cum enim
tam potens esset quod de potestate diaboli
humanum genus sola voluntate eripere pos
set. Voluit tamen divinitate coniungere humanita
ti ut qui deum et hominem reconciliaret
ipse quod homo esset et dei haberet. Si enim tantum
esset deus nunquam diabolus in eius manus
mitteret quippe quo semel in filium potestatem
non cognitum manus mittet unde scriptum
est: Si cognovissent nunquam dei filium cru
cifixissent. Si item tantum homo esset quo
modo captivus captivum liberaret. Omnes enim
peccaverunt et egent gratia dei. Redemptor
ergo noster deus fuit et homo. et ad hunc sit
per divinitatem salvare possit et per humanita
tem latere diabolo posset ut eum per eius
et fas innocentem invaderet. Potestatem
sibi commissam iuste amitteret. Voluntati
vero et bonitati divine remissio peccatorum ascri
bitur. Sed quia voluntate et gratia condonat. Sed
per potencia sapiencia quam cito fieri est per
mit possit. Sed quod [illegible] loquimur [illegible] divinitate
angustias mee sortis transgressi sumus. Sed ta
men tamen [illegible] de ea ad reliqua transeamus
illud orantes ne si aliquid quod scriptum non
sit alibi hic inveniat heresis iudicet.
Non enim quia scriptum est heresis est. Sed
quod contra fidem. ~~De anima mundi~~

In precione superiori de hiis que
sunt et non videntur scilicet primum posuimus
creatorem. Deinde animam mundi. Sicuto
ergo tractatu de creatore. de anima mundi
aliquid dicamus. Anima ergo mundi est
secundum quosdam spiritus sanctus. ut per eum

quedam uiuunt tm / quedam uiuunt et sentiunt /

omnia uiuunt que i mundo uiuunt / alii
dicunt animam mundi esse naturalem uigorem
rebus insitum quo quedam uiuunt et sen-
tiunt et discernunt / Nec est aliquis qui comtat
et sentiat in quo non sit ille naturalis uigor /
a homine est quod illa tercia anima / Quod si ab
excludat quod in homine sunt due anime / Nos
dicimus non / et non dicimus mundi animam
esse animam / sicut capud mundi roma-
nam esse capud / hanc dicit plato esse co-
gitatam ex diuidua substantia et indiuidua /
et eadem natura et diuisa / Cuius expositionem si quis
querat in glosulis nostris super platonem illa
inueniet / Quattuor genera demonum que sunt
et non uidentur / demones esse /
Res igitur demonum ordines uoluit esse
plato / a superiori usque ad terram nichil
sine rationali creatura esse affirmans /
Dicit enim in firmamento esse quendam ra-
tionale animal / quod ita diffinit / animal ratio-
nale immortale celeste impatibile / stel-
las mobiles a firmamento de quibus dicemus
in suo loco / Sed ut ceteri de eis que sunt et ui-
dentur / demum dixit esse in ethere quoddam ge-
nus inuisibilis animalis i. a firmamento
usque ad lunam / primum in ordine demonum
quod sic diffinit / animal rationale immortale i
patibile ethereum cuius dicit esse officium so-
li diuine contemplationi uacare et de eius
contemplatione delectari / In inferiori uero
loco i. ita superiorem partem aeris uicini
lune dicit aliud genus esse / cuius hec est
diffinitio / animal aereum rationale immor-
tale patibile diligentiam hominibus imp-
tiens / Cuius est secundum eundem officium
deferre preces hominum deo / et uoluntatem dei
hominibus uel per sompnia uel per signa / uel
per internam inspirationem / uel uocalem admo-
nitionem quare dicit patibile / quia cum
diligat bonos congaudet illorum prosperitati
compatitur aduersitati / Tercius ordo est

in hac humecta parte aeris / quod sic dif-
finitur animal humectum rationale
immortale patibile / cuius est officium huma-
nitati inuidere ex inuidia insidiari / quia
unde descendit per superbiam / ascendit huma-
nitas per humilitatem / et est ita luxurio-
sum quod aliquando commisceat se mulieribus
et aliquas grauat / unde calidi dicunt de
qui sic concubuit quomodo differunt ab a-
liis demonibus tercii ordinis in hoc quod
primi duo ordines dicuntur calodemo-
nes i. bonum scientes calos enim est bo-
num demo sciens / Isti uero dicuntur caco-
demones i. malum scientes cacos enim ma-
lum est / Nec absurdum est quod isti et illi di-
cuntur demones quasi scientes cum isti et
illi dicantur angeli / unde dicitur malus
angelus / In inferiori mundi parte i. terra
inhabitat animal rationale mortale
i. homo de quo in loco suo dicemus / Cir-
ca predictos demonibus queritur utrum
corpora habeant ut animalia sint et corpora
animalia / dicantur corporea / an sint spiritus / ut ait
propheta / Qui facis angelos tuos spiritus / Un-
de dicitur quod corpora sunt sed ita subtilia quod
sensu percipi non possunt / unde respectu
nostrorum corporum que spissa et grossa sunt dicuntur
spiritus / quemadmodum aer spiritus corporeus sit
propter subtilitatem uocatur spiritus / et hoc confirmat
auctoritate beati gregorii qui in moralibus
libris loquens de angelis ait comparatione
quidem nostrorum corporum spiritus sunt / sed comparatione
illius summi et incircumscripti spiritus corpora
sunt dicenda / Hoc etiam probat auctoritate
beati augustini qui in enchiridion capitulum
tale ponit capitulum / qualia corpora ange-
li habeant / alii dicunt illos non esse cor-
pora sed spiritus / sed quia corpus non sunt et de loco ad
locum mouentur / comparatione summi spiritus
qui ubique totus et integer est / a
beato gregorio corpora dicuntur / licet tamen

se quod sit corpa sicut est illud sapientia
huius mundi stultitia est apud deum
Non quia deus sapientiam huius mundi stul-
ticiam reputet / sed comparatione diuine
sapientie est stultitia / Nec tamen ideo est stulti-
tia de illo capitulo beati augustini / Si alia
corpa habeat angeli dicit beatus augustinus
istud loqui de corporibus quod assumunt
cum hominibus apparent / vtrum vocabulum corporis
sit approbandum / Nec tamen ideo dicit ea esse
corpa / Nos ergo illorum sententie qui plures con-
cedunt quod dicunt esse spiritus / Nec in-
ducitur aliud inconueniens quod plato dicat
duo genera angelorum cum diuina scriptura
dicat nouem esse ordines angelorum /
Plato enim diuisit eos secundum loca sed
diuina pagina secundum officia / Individu-
orum ergo illis generibus continentur nouem
ordines et cetera / Post tractatum de crea-
tore et anima mundi et demonibus restat
tractare de anima hominis / Sed quia de hoc
locutum usque ad locum illum loqui
de anima eius differamus ut omnis consequenter
sit de homine tractatus / De homine

Hactenus de illis que sunt et non
uidentur inira differunt ratio-
nem ad ea que sunt et uident stilus cun-
tatur / Sed antequam initium dicendi fa-
ciamus protestamur ut si loquentes de uisi-
bilibus aliquid probabile et non necessarium
non dicamus vel nature et non probabile
non vituperemus / ut non fisici necessarium
et si non probabile ponimus / ut phisici non
probabile et si non necessarium adiungimus
Sed iudicatur illud si aliud probabi-
lius vel modernos inde tractaturos
tractaturi igitur de eis que sunt et uiden-
tur quia illa corpora sunt et omnia corpora
ex elementis constant / ab elementis
sumat exordium et ostendamus quid
sit elementum / Et quae quatuor sunt ele-
menta et non pauciora / Et quod sint qua-
lis elementorum et qualis solutum /

Elementum ergo ut ait constantinus in pantegni
est simpla et minima pars alicuius
corporis / Simpla ad qualitatem / minima
ad quantitatem / cuius expositio talis
est / Elementum est simpla pars id est non
sunt contrarie qualitates / Sed quia hoc to-
tum uident habere ossa et similiter rema-
neat illa addit minima id est que ita
est pars alicuius / que nichil est per eius-
dem / Vnde licet partes sillabe dicuntur ele-
menta quia illa sunt partes sillabe quod
per illarum nichil est / Volunt autem iste
sortis quod elementis constat in minoribus humores
ex humoribus partes tam consimiles a-
consiles ut caro ossa / Sed organicas
id est officiales ut manus pedes et similia /
Sollicitis ergo partibus humanum corpus con-
stat / Quod secundum eum nullum earum quod iunctum
et a quibus elementa reputata sunt / Sed tamen
est vnaquaque nec terra / nec aqua / nec aer /
nec ignis / Nullum quippe corpus est sim-
plum qualitate / minimum quantitate / Et
enim in terra est aliquid calidi / aliquid fri-
gidi / aliquid sicci / aliquid humidi / Quod
patens est lapidibus et tamen sibi probatur
illius permittamus / Necesse enim apte
veraque apte falsa probanda sunt / Sed de
quibus aliqua dubitatio est / Non est ergo terra sim-
pla qualitate minima quantitate / Non cum
tota magnis partibus constet / quare sunt
vel quadrantes partes illius / vel duodecime /
Nec ergo elementum / Similiter de aqua et
igne et aere probari potest / Elementa ergo
sunt minime et simple particule quibus hec
constant que uidentur que nunquam elementa
uidentur / Sed ratione diuisionis intelligitur
diuiduntur enim ut figuraliter dicatur humana
corpus in organica scilicet in manus or-
ganica / Vel in omiomera id est consimilia /
omiomera autem in humores melencoliam
et cetera / Humores in elementa id est in simplas
et minimas particulas / Cuius diuisio probatur
Et per sola ratione et cogitatione fieri
potest / Corpus enim humanum in membra

actus diuiditur partes. Sed omiomera

membra in omiomera, in humores. Humores in elementa. Solus intellectus diuiditur, ut ait Boetius in commento super Porphirium, qui intellectus coniuncta disiungit et disiuncta coniungit. Sed querit aliquis: ubi sunt elementa? Nos autem dicimus in compositione humani corporis et aliorum, sicut littera est in compositione sillabe et si non percipiatur. Sed sunt quidam qui ut rustici nesciunt aliquid esse nisi sensu possint inde comprehendere. Cum animal homo non percipit quam spiritus, sunt tamen sapienti plus habent inquirenda tamen insensibilia quam sensibilia. Cum ergo ille simplices et minime particule elementa sint, que est frigida et sicca est terra, que frigida et humida est aqua, que calida et humida aer, que calida et sicca ignis. Cum igitur hec que uidentur ex illis conposita sunt, illud in quo dominantur particule frigide et sicce nomine illius elementi dicatur terra, in quo frigide et humide aqua, in quo calide et humide aer, in quo calide et sicce ignis. Si ergo illis digna uelimus imponere nomina particulas predictas dicamus elementa. Ista uero que uidentur non sunt elementa sed elementata. Sed quidam qui nec Constantini scripta nec alicuius philosophi uolunt legere ex superbia ab aliquo discere dedignantes, ex arrogantia que nesciunt confingentes, ne nichil dicere uideantur, dicunt elementa esse istorum qualitates que uidentur calorem scilicet et siccitatem, calorem et humorem, frigiditatem et humorem, frigiditatem et siccitatem. Sed istis Physica uel in parte pagine de elementis reclamat eodem eorum ore Platonis uocantis elementa materiam cum nulle qualitates nec aliquid rei esse possint. Est etiam materia quod accepta forma transit in aliud. Reclamat item ore Iohannitius qui in ysagogis suis agit: aliud esse elementa aliud complexiones eorum quo sunt calida et sicca et sic de aliis. Item reclamat ore Macrobii qui dicit cum in singulis elementis essent diuerse qualitates talem uinculum ut in eo cui inhereret et cognita et silentia reciperet.

Ut aqua cum terra frigiditate, aer cum aqua humiditate, ignis cum aere calore. Unde quod elementa dixit non esse qualitates sed qualitates esse in elementis. Si ergo quod alicui inest diuisum ab eo cui inest, non sunt qualitates elementa. Sunt et alii qui dicunt ista que esse elementa, probantque hoc auctoritate Iuuenalis, qui de gulosis loquens ait: Gustu pomina elementa querunt, in terra scilicet uenationes, in aqua pisces, in aere uolucres. Et quod ista prima uera est [illegible] auctoritate Augustini Constantini [illegible], qualiter cum illa stare possit exponamus. Constantinus igitur ut physicus de natura corporum tractans simpliciter illorum et minimas particulas elementa quasi prima principia uocauit. Physicus de creatione mundi agentes, non de natura singulorum corporum, ista que uidentur elementa mundi dixerunt quia ex istis constat et ista prima creata sunt et deinde ex eis ut elementis cetera omnia uel creata sunt uel creantur uel creabuntur, ut in sequentibus ostendetur. Nulla ergo [illegible] in hoc contrarietas. Sed dicunt quidam: Nullum istorum elementum est quia nullum istorum est quod ex quatuor elementis factum non sit. Quod sic probant: sit in terra aliquid de aqua esse est, quia humiditatis aliquid inde coniungunt. In eadem aliquid est aeris, quod probat fumus inde euaporans, et aliquid caloris, quod tactu percipimus. Similiter de aliis probant hoc idem et probant auctoritate Platonis qui ait: Quod hoc transeat materiam aquam terram, que magis dicatur terra quam aqua. Nos uero dicimus tot in uno quoque illorum aliquid de aliis esse nec tamen ideo esse factum quia non substantialiter sed accidentaliter inest. Cum enim terra porosa sit et aquis circumdata aliquid humoris huiusmodi aque subintret, concurrit aliquid aeris cum uero in medio mundi terra sit et ignis equaliter ab omni parte distet, quid mirum est si aliquid inde calorem recipiat.

Dis/iunit ergo ista terre accidentaliter
non naturaliter nec ex eis constat. Sed nulli-
us alterius hec probatur. Sed quia bonitate
in hoc opere sectanti quedam alterius et de
alterius sit et qualiter accidat eis singu-
lis aliorum inquisitionem dimittamus. Est
enim principium a magistro. Sed perfectio
debet esse ab ingeniis. Dicunt etiam de-
nique Platonem quesisse quare magis
dicatur terra quam aqua cum sic dissol-
vatur. Sed intelligimus illud loqui non
de elemento ibi sed de parte elementi que
dissolvitur. Nec enim totum elementum
dissolvitur. Dixit ergo id quod dissolvitur
esto terram sed terram in partem terre. Sed quod
remanet retinens proprietates terre di-
cit terram et elementum. Sed de hoc
deo annuente certa satis dicemus. Et
ergo elementa corporum perdite periculis ut
aut constantium sed elementa mundi que
videntur, de quibus huiusmodi tractatus
habetur. Unde convenientius factum sit et rationa-
tur nec pauciora. Sed quia firmiore
sententiam que auctoritate sapientis
... quod enim sensit Plato osten-
demus. Divinum animum deo collato po-
stulabat talem mundum qui et visu
pateretur et tactu, at si diceret etiam deo
sola bonitate non indigentia mundum
creat disponere quippe qui perfectum bo-
num esse in talem voluit fieri illud qui
et videtur et tangetur ut homo ce-
lestis in rerum creatione et gubernatione
divinam potentiam et sapientiam et boni-
tatem perciperet. Potentiam tamen et sa-
pientiam venerarentur, bonitatem imita-
rentur. Deinde subiungit. Constabat
autem nihil posse videri sine ignis
beneficio. Neque tangi sine solido, neque
solidum esse sine terra. Et naturam visus
sine igne esse non posse nec tan-
gibile sine terra loquentes de speciebus corpo-
ris ostendimus. Postea addit. Sed
deo fecit deus quasi firmamentum

ignem et terram. Sed quoniam inter se sunt
de contrarietate. Et ipse terra corpulenta
obtusa immobilis, ignis acutus subtilis
mobilis. Vidit deus sine medio ea iungi
non posse. Et ideo inter ea medium creavit
et quare de unione illorum sermo mentionem
dicemus quid commixtio quid coniunctio contrariorum.
Commixtio ergo contrariorum est quando ex duobus
ita fit unum ut neutrum maneat id quod
ante fuit, ut cum calidissimum frigidissimo
miscetur fit tepidum, nec calidissimo
nec frigidissimo remanente. Coniunctio
vero contrariorum est quando ex duobus ita fit unum
quod utrumque remanet id quod ante fuerat.
Sed hic in contrariis habentibus agentes
qualitates sine medio esse non possunt.
Sed ut dicit agentes qualitates calor fri-
giditas. Sed quando loquentes de homine
dicemus. Si enim unum alteri apponatur
repugnat dissolvunt quod unum aliquid.
Oportet ergo ut subsistant medium esse.
Et non si tale fuit quod plus habeat se
ad unum quam ad aliud paulatim transi-
bit in illud ad quod se plus habet et sic dis-
solvetur illa coniunctio ut si inter calidissi-
mum aliquid ponatur plus huius se ad
calidum quam ad humidum transeunte illo in
naturam calidi peribit frigidum et dissolvetur
illa compositio. Sed si tale fuerit medium quod
equaliter habet se ad duo extrema non plus
transiens in naturam unius quam alterius
coniunctionem illorum observabit. Volens ergo illa
duo elementa coniungi non commixta sed ut
utrumque id quod est remaneret, medium inter
illa duo creavit. Non unum tantum sed duo
scilicet aquam et aerem. Si enim solam aquam
inter ea posuisset cum plus ad terram quam
ad ignem se habet. Habet enim cum ea
terra corpulentia obtusitate, cum igne mo-
bilitate. Coniunctio ista non duraret. Sed ver
si solum aerem habet enim cum igne subtilitate
et mobilitate cum igne, cum terra obtu-
sitatem. Sed dicit aer et si unum istorum
non sufficeret. Potuit deus facere aliquid

go

quod sufficeret. Sed dicimus non ponere in divina pagina i. potentia. Sed dicimus de illis que sunt nullum potuisse sufficere nec iuxta naturam rerum posse esse aliquod quod sufficeret. Sed quia ostendimus quare unum de istis solum non sufficeret, quare aliquod aliud esse non possit aperiamus. Cum igitur inter aliqua duo sunt due contrarie qualitates, quia binarius in duo eque potest dividi, oportet esse unum quod contrarietate utrumque retinens in medio sufficiat. Ut cum terra et aer duas contrarias habent qualitates. Est enim terra frigida et sicca, aer calidus et humidus. Aqua habet communem cum terra frigiditatem, cum aere humorem, inter illa sola sufficit. Similiter ignis et aqua contrarias habent qualitates. Est quippe ignis calidus et siccus, aqua frigida et humida. Sed quia aer habet commune cum aqua humiditatem, cum igne calorem, inter utrumque solus sufficit. Sed inter aliqua sunt tres contrarie. Sicut nec ternarius in duo equa dividi potest, sic nec medium quod consulit his se ad ea pertinentia. Oportet enim quod de unaquaque accipiat de alia duabus. Sic enim nec aliter in integra dividi potest ternarius. Qualitas vero per medium non dividitur. Non ergo potest esse medium nisi participans una duabus. Tamen dicit et hoc secundum sizigiam trium qualitatum unum medium esse non potuit. Sed illa que fit ex duabus qualitatibus illud habere potuerunt. Si enim inter ignem et aquam que contrarias habent qualitates est aer qui participat una cum utroque et una altius, quare inter ignem et terram que sizigia trium qualitatum duarum non habent omnino eas contrarias, unum medium quod utrique unum accipit esse non potuit. Est enim ignis calidus et siccus, terra frigida et sicca. Nos vero dicimus nec secundum hoc medium fuisse necessarium, cum in aliquo quod nec [illegible] insitatitate nec esse potuit. Si enim aliquod tale medium ab utroque aliquod accipit, sicut ab igne calorem, a terra siccitatem, et idem esset hoc quod ignis; a terra frigiditate,

ab igne siccitate, et sic quod idem esset quod terra; vel ab igne calorem, a terra frigiditatem, philosophus dicit ut opinor nichil potest coniungi. Sed impossibile aliquid esse calidum et frigidum. Cum enim sint quatuor elementa et illorum qualitates, fiunt vi conplexiones, quarum quatuor sunt possibiles, due impossibiles. Sunt autem quatuor possibiles: calidum et siccum, calidum et humidum, frigidum et humidum, frigidum et siccum. Due vero impossibiles sunt: calidum et frigidum, humidum et siccum. Duo ergo elementa creator in medio posuit, quod unum in predictis rationibus sufficere non potuit. Elementorum talis est dispositio quod inferiorem locum optinuit terra, deinde aqua, postea aer, supremum ignis. Si enim aliquid esset inferius terra, naturaliter gravitate ad illud tenderet. Flamma enim naturaliter tendit sursum. Si vero aliquid super ignem esset, ex levitate ad illud tenderet et dissolveretur ab aliis. Que elementa iuxta terram posita [illegible] quod cum naturaliter ignis sit et si non tantum quantum terra secundum locum optinere debuit. Deinde est aer qui gravior igne et levior aqua merito inter utrumque ponitur. Et quid sit elementum docuimus, et quod sint et quare plura non sint et eorum ordinem assignavimus. De chaos i. de elementorum confusione quid sint in principio dicamus, quorumdam sententiam proponentes, deinde eam improbantes ad solutionem nostram rationibus confirmantes. Dicunt omnes fore elementa in prima creatione terra loca non obtinuisse, sed non simul ascendere, non simul descendere. Subiungunt etiam rationes, quae videlicet ut creator ostenderet nisi sua potentia et sapientia et bonitas rebus ordinacionem [illegible] confusio foret. Deinde etiam hoc approbant auctoritate Platonis, qui in Thimeo ait deum ex inordinata iactatione elementa redegisse in ordinem. Nos vero dicimus planam esse sententiam quam proponunt non convenire esse rationi et que inducunt. Primo igitur probamus fine

nec bene esse intellectam auctoritatem quam proponunt.

Et si sic essent disposita ut nunc sunt

esse flam[m]am. Postea rationem non esse co[n]
venientem. Deinde auctoritate non esse bene
intellectam. Dic ergo qui istos hoc affirmas.
Elementa tunc erant corpora vel non. Si corpora
non erant, spiritus aut spiritus erant aut spiritus aut
corporibus carent. Sed neque spiritus neque alia
spiritus, sine esse potest. Nec ergo elementa
corpora igitur erant et loca obtinebant. Omne
enim corpus in aliquo loco est. Ubi ergo in locis e-
rant vel ubi nunc vel alibi. Sed preter elemen-
ta locus non est. Ergo erant elementa ubi
nunc sunt in hiis quatuor locis ubi
nunc sunt carent. Aliquod ergo obtinebat
inferiorem partem locum, aliud superiorem,
duo media loca. Ubi ergo ut affirmas simul
descendebant, infimus cum aliis descenderet.
Sed non erat quo descenderet. Nec ergo simul
ascendebant nec simul descendebant. Illa
ergo illorum sententia. Sequitur ergo ratio
[q]ua induntur scilicet deum ad hoc fecisse ut os-
tenderet quanta rerum confusio foret nisi
bonitas eam ordinaret. Cui ostenderet?
Angelo? Sed angelus per naturam et gratiam divina
voluntate cognoscit. Homini? Sed nondum
erat homo. Et si ut homini eam osten-
deret, fictam esse usque ad hominem fuisset.
Sed autem creationem ordinata est. Sequen-
cius tamen igitur est ratio. Auctoritas vero
platonis non bene ab eis intellecta est.
Cum enim dicit plato quod inordinata iacta-
tione elementa redegisse in ordinem
deo, ideo dicit quod inordinate quamquam
iactarentur. Quilibet enim locus nullus
esset inordinationis deo auctore dispone-
nte. Sed nisi essent ut nunc sunt adeo in-
ordinata essent. Cum enim terra naturaliter
tendat deorsum, ignis sursum, illa in-
feriorem locum terra obtinet et ignis su-
periorem. Sed semper quiescit inferior.
Sic autem superiorem. Et sic esset inordin-
ata iactatio. Hanc redegit creator ad
ordinem confundo terre locum inferiorem ut
quando non haberet quo descenderet, hic non

[ignem superiorem]

quo ascenderet. Ex inordinata igitur
iactatione non que fuit sed esse potuit deus
elementa redegit in ordinem. Veluti si
morbi aliquam curam nostri aliquid
quod contingeret nisi ipse maneret fuge fugi-
amque dicamus iste liberavit nos ab hoc ma-
lo. Non quod hoc malum primum fugisset et
postea nos inde liberavisset, quia nisi iste fu-
isset nobis accideret. Fuerunt in prima creatione
ubi nunc sunt, sed non equaliter nunc sunt.
Et enim terra omnis cooperta erat aquis. Aqua
vero spissior quam modo sit et ad magnam partem
aeris elevata. Aer autem spissior quam modo sit
et obscurior quippe cum neque sol neque luna
neque alie stelle essent quibus illuminaretur
vel ignis simul spissior erat quam non sit. Ideo
quod terra erat aquis omnino cooperta, nec ali-
quo lumine illustrata, nec edificiis distincta
nec suis animalibus repleta. Quod aer et
aqua spissi et obscuri erant. Quod in su-
perioribus stelle non apparebant. Vocavit
chaos id est confusionem. Unde Moyses: terra
erat inanis et vacua et tenebre erant super
faciem abyssi. Hoc chaos sic dissolutum
est. Cum aqua usque ad magnam partem
aeris esset elevata, aer vero spissus et ignis
similiter, in ea spissitudine aliquid terre sub-
stantie et aque erat que per calorem ignis
et siccitate coagulata et durata. Corpora
stellarum visibilia et nitida creavit. Quod
non in proportione stellarum et de inferioribus aliquid
et superioribus elementis creavit. Dicunt autem
superiora, tamen per probat quod visibilia sunt et splendi-
da et mobilia. Quod enim visibilia sunt
ex visibili vel invisibili sunt. Sed de invi-
sibili nichil potest esse visibile. Quamvis pluribus
ex invisibili nec aedas sensibile nasci, si et
Macrobius omnis qualitas genita esset
nunquam certo pateret. Non ergo cum dicit hoc est
ex igne vel aere habent quod visibilia sunt. Sed
quippe sunt invisibilia ex visibili. Ergo in
terra et aqua similiter que splendida et
mobilia non habent. Ergo splendidorem et mobi-
lis sunt aeri et igne facta fuit igitur ex elementis

id est obscuro et immobili

Sed de inferioribus dicatur in eis aqua de superioribus ignis, et hoc coefficium plane potest quia eius calorem confluunt et ad instinctum sui humorem attrahunt. Similia congaudent similibus. Sic subiacet aestiva in aere cum sit humor spissior quam esset in igne et calor si non tantus quantus in aere corpora stellarum facta non sunt. Nos vero dicimus quod quamvis aer sit calidus tamen est et humidus. non enim potuit densitando spissari et fieri corpus lucidum et visibile creatum. Veluti si spissa aqua supponatur igni spissatur saepe et ultimo in lapideam substantiam. Si vero autem supponatur alicui calido et humido sicut aqua bullienti ita quod ab illo solo recipiat calorem non spissabitur. Vel secundum constantinum est sicut ista quatuor et in unoquoque duo sunt qualitates una tamen singulariter propria una aliam quam alia. Ignis proprie calidus est sicut proprie siccus. Aer humidus proprie calidus quam igne. Aqua humida est quam aer. sed frigida proprie. Terra vero proprie est sicca. sed quam aqua frigida. Secundum illud in unoquoque est proprie plus in eo prevalet quam in alio est. Secundum hoc igitur in aere humiditas sit proprie calor quam alio. et quam igne. igitur prevalent in eo humiditas nec potuit densitando corpora creare stellarum. Sed tamen magis est non fuit voluntas creatoris stellas in aere esse. Cum enim centrum sit terra si in eo stelle essent propter vicinitatem terram incenderent nec aliquid in ea vivere possit. Corporibus stellarum sic creatis quia ignee sunt nature ceperunt moveri se et ex motu aerem subditum calefacere. Sed mediante aere calefacta aqua diversa genera animalium creata sunt. Et vero quedam que plus habuerunt aque pisces sunt. Unde in hoc solo elemento nec in alio vivere possunt. Et vero queda que plus habuerunt superiorum elementorum aves sunt. Unde aves modo sunt in aere pro levitate superiorum modo descendunt in terram pro gravitate inferiorum. Sic igitur pisces et aves ex aqua creati sunt.

Unde Moyses magne deus potentie qui ex aquis orta genus partim remittis gurgiti partim levas ad aera. Post sic creatis ex aqua effectu superiorum ubi tenuior fuit aqua ex calore siccatione predictorum desiccata et apparuerunt in terra quasi quedam macule in quibus habitant homines et alia animalia. Sed ut terra ex supposita aqua esset lutosa ex calore bulliens creavit ex se diversa genera animalium secundum aliqua plus habundant ignis colerica animalia sunt ut leo. Secundum vero plus terre melancolica ut bos asinus. Secundum vero aqua flegmatica ut porci. Ex quadam vero parte in qua elementa equaliter convenerunt humanum corpus factum est et hoc est quod dicit divina pagina. Deus fecit hominem de limo terre. Limo enim dicendum est anima que spiritus et levis est et munda quam luto fetida esse. Sed adeo homini collocata. Unde ait scriptura formavit deus hominem de limo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite. Unde licet diversa melancolica creata sunt et infinita flegmatica et colerica. Longus solus homo creatus est qua ut ait boecius manifesta sua. Unius equalitas parva est et finita. inequalitas vero numerosa est et multiplex. Sed quoniam quod est proximum equalitati et similius tamen aliquam partem ex vicino limo corpus mulieris esse creatum nec simile esse et nec penitus idem quod homo nec penitus diversa est ab homine nec ita temperata ut homo. Sed tamen calidissima et frigidior frigidissima viro et hoc est quod dicit divina pagina. deum fecisse mulierem ex latere ade. Non enim ad literam credendum est deum ex costa fecisse primam feminam. Sed dicet aliquis eadem in creatione plures homines et plures feminas tunc posse creari et adhuc posse. Nos dicimus verum esse si divina voluntas esset ut aliquid sit natura cooperante. Necesse est divinam voluntatem precedere.

Dein dicit hoc esse divine potestati
derogare sic hominem esse factum dicere
Quibus respondemus contra hoc ei quod
sic gratia ei attribuimus et talem rebus
naturam dedisse et sic per naturam operante
corpus humanum creasse Nam in quo
divine scripture contrarii sumus Si quod illa
eum esse factum dicit et qualiter factum sit
explicamus Sed cum modo unus sa-
piens dicat aliquid esse factum et non ex-
plicet qualiter alius vero dicat hoc idem
et exponat Quare in hoc contrarii sunt Sed quoniam
ipsi nescientes vires nature ut ignorantie
sue socios omnes habeant nolunt
aliquem eos inquirere sed ut rusticos
nos credere nec rationem querere ut iam
impleatur illud propheticum Et erit sacerdos
sicut populus Nos autem dicimus in omnibus
rationem querendam esse Si potest reperiri
Si cui autem aliqua deficiat quod divina
pagina affirmat sancto spiritui et fidei est
mandandum Non enim ait moyses Si
agnus non potest comedi statim igne
comburatur Sed prius vocet vicinum
suum qui iunctus est domui sue Et si nec
ille sufficiat ad esum agni tunc de-
mum comburatur quia cum de divi-
nitate aliquid querimus si ad illud compre-
hendendum non sufficimus vicinum domui
nostre convocemus id est magistrum in
eadem fide catholica requiramus Si vero
autem nec ipse nec ille ad comprehendendum
sufficiamus tunc igne fidei illud com-
buramus Sed isti habentes multos vi-
cinos domui sue coniunctos ex superbia
nolunt aliquem interrogare malunt ne-
scire quam ab alio querere Et si aliquem
inquirentem audiunt illum esse hereticum
clamant plus de capucio suo presumen-
tes quam sapientie sue confidentes Sed que-
so ne hoc credas Nam cum in eis
impletum quod ait sathiricus fronti
nulla fides quis enim non vicus abundat tri-
stibus obscenis Et item rarus sermo il-
lis et magna libido tacendi Et quoniam
de prima creatione fecimus mentionem
quam diversis temporibus diversi diversis ra-
tionibus dicunt esse factam doceamus et
in quo tempore et quibus rationibus hoc dicitur
Hebrei quoque et latini in vere dicunt
principium mundi fuisse unde Virgilius loquens
de diebus veris ait Non alios crediderim
prima origine mundi illuxisse dies ali-
umve habuisse tenorem Deinde subiungit
Ver illud erat ver magnus agebat orbis Et ratio
talis est Et quia creatur equalitate propor-
tionum creari debuit et sed nullum tempus preter
est ver temperatum In vere ergo non in alio
autem tempore creatura rerum facta est Egyptii
vero dicunt in iulio factam esse mundi creationem
Unde scriptum Macrobius dicit in natali die
mundi cancro gestasse lunam leone solem
Et ratio hoc est quoniam in prima creatione humidum
fuisse humorem dicunt quod terra erat cooperta a-
quis et tantum et humor sine maximo ca-
lore non potuit temperari Ergo in tempore anni
in quo est maximus calor id est in estate facta
est mundi creatio ~~Secundi capitula ...~~

Quid sit ether
Cur aque congelate sint super ethera
Quod non bona creatio dicitur hoc est quia
facit hoc deus potest
Quid sit quod in modum pellis extense
dicitur
Quot modis firmamentum fiat de superioribus
Et cur igneum dicatur firmamentum
De infixis stellis
Cur invisibiles
Unde incipiat galaxias et qualiter ordiatur
Et quare sit sic vocata
Quomodo in zodiaco signa sint disposita
De quinque parallelis
Quomodo quod aliud est igneum est calidum
Quot modis nomina qualitatum rebus attribuantur

In superiori particula de eis que sunt et non videntur et de eis que sunt et videntur et de elementis que quedam visibilia quedam invisibilia docuimus pro paruitate nostri ingenii summatim perstrinximus. Nunc quoque vobis de omni quoque eius ornatu eiusdem dicere satagamus. Sed quoniam multos ornatum verborum querere, paucos veritatem scimus, cognoscentes nichil habere de multitudine sed de paucorum probitate gloriantes, soli veritati insudamus. Malumus enim proferre nudam veritatem quam palliatam falsitatem. Si quibus tamen est cura auditus nostri sermonis displicet, si nostri occupationes cognoverint, non tantum ornatum sermonis quesierint, sed de illo quod aliquid stupebit. Nullus enim vel reliquus locus potest esse ornatui cum oporteat quid et qualiter legamus cogitare, deinde legendo exponere, in disputationibus contra falsa declamare. De aliorum inventis iudicare. Contra invidos et detractores linguam acuere, ut iam impletum sit in nobis illud de filiis israhel qui reedificantes templum in una manu gladium, in alia lapidem habebant. Sed hec hactenus. Nunc de singulis elementorum ornatu dicere incipiamus a superiori, id est ab igne incipiendo. Ignis igitur est spacium a luna sursum quod idem ether dicitur. Ornatus vero illius est quicquid super lunam videtur, scilicet stelle tam infixe quam erratice. Sed querunt aliqui: Si est nec super lunam nisi ether et stelle et preterea spiritus, cum ibi sint aque congelate super quas sunt alie aque. Dicunt enim quod super etherea esse aquas congelatas que in modum pellis extense oculis nostris occurrunt. Super quas sunt aque, confirmantes hoc auctoritate divine pagine que ait: Fiat firmamentum in medio aquarum et item

utrum aque sint super firmamentum
sint congelate

diuisit aquas que sunt sub firmamento
ab hiis que erant super firmamentum. Sed
quoniam contra rationem est illud, quare
sic esse non possit ostendamus et qua-
liter diuina pagina in predicta intelligenda est.
Si ibi sunt aque congelate ergo aliquid
ponderosum et graue. Sed corpus leuius po-
deroso et graui terra. Sed item aque conge-
late ibi sunt uel uicine sunt igni uel
non. Si illi uicine sunt, cum ignis calidus
et siccus, aqua congelata frigida et humi-
da. Sed contrarium contrario suo sine medio
coniunctum est. Sed nusquam ergo ibi concordia sed
contrariorum repugnantia. Amplius si a-
qua congelata coniuncta est igni uel dis-
soluetur ab igne uel extinguet ignem. Sed
ergo ignis et firmamentum remanet non sunt
aque congelate uicine igni. Si uicine
non sunt aliquid inter eas et ignem est.
Sed quid est? elementum. Sed nullum super
ignem firmum est ex elementis uisibile ergo non ui-
detur. Restat ergo ibi non esse aquas conge-
latas. Sed scio quid dicent. Nos nescimus
qualiter hoc sit sed scimus deum posse hoc
facere. Miseri quid miserius est quam dicere
illud est quia deus illud facere potest
nec uidere sic esse nec rationem habere quare
sic sit, nec utilitatem ostendere ad quam
hoc fiat. Non enim quicquid deus facere
potest facit. Sed ut autem rusticus u-
tar uerbis, potens est deus de trunco facere uitulum;
fecit nec unquam. Uel igitur ostendant
rationem quare uel utilitatem ad quam hoc
sit uel sic esse iudicare desinant. Sed
ergo nec aque congelate ibi sunt nec
super eas alie sunt. Sed cum ait diuina pagina
dicat diuisit aquas que sunt sub firma-
mento ab hiis que erant super firmamen-
tum, Sacra notauit firmamentum, quod fir-
mat et temperat terrena. Super hunc aque
sunt uaporaliter in nubibus suspense ut
in sequentibus ostendetur, que diuise
sunt ab hiis que sunt sub aere. Similiter

corporatur. posuit firmamentum in medio aqua-
rum. Nimis hic plus allegorice quam ad literam dictum
esse credimus. Sed tamen dicunt quid est ergo quod ibi
uidemus spissum et aquei coloris? Ignis enim non
est. Sed cum aer pre nimia sui subtilitate ui-
deri non possit, multo minus ignis qui subtilior
est. Sed unde talis color non est igneus. Sed ad
quod dicimus nichil ibi uideri, sed uisum ibi
deficere et ex defectu uisus quoddam spissum
ibi consurgere. Sed uidemus enim uidemus ille interior q
spatium uisum ad superiora dirigitur nec ibi c
obstaculum quo repercutiatur deficit et de-
ficiendo spissatur. Sed quia transit per medium
aqueum et aqueus humor est cristallinus,
ut de corporatione oculi loquentes ostendemus,
cum deficit nec alius color illi occurrit talem
in aqueum sibi confingit. Sed hi subiciunt
si nichil ibi uidetur immo ibi deficit uisus
quomodo dicimus celum tegit omnia stellas
esse infixas in firmamento in eodem quod es-
se circulos in anno quorum xii sunt signa
dicemus nec indefectum esse nostri uisus hu-
ic questioni quam auctoritas opposuit pre cete-
ris respondeamus. Tribus igitur modis
auctoritas loquitur de superioribus, fabulose,
astrologice, astronomice. Fabulose in-
de loquitur [illegible] Aratus
taurum illuc esse translatum et insignium
mutatum dicentes et sic de aliis. Hic modus
tractandi maxime est necessarium.
Cognoscimus enim de uno quoque signo in qua
parte celi situm sit et quot stelle sunt in eo
et qualiter disposite. Astrologice uero tractat
et dicit ea que uidentur in superioribus sine
ita sit sine non. Multa namque uidentur
ibi esse que ibi non sunt quia fallitur uisus. Sic
tractat inde Marcianus in sponsalibus. Astro-
nomice uero tractat esse ea que sunt et illis
dicit sine ista uideantur sine non qualiter
inde tractat Iulius Firmicus et Ptholomeus.
Cum ergo dictum est celum tegit omnia, astro-
logicum est, quia sic uidetur, uel ether
dicitur celum quia diuisus stellis celatum

est quia firmamentum quia suo calore
sed et effectu stellarum que in eo sunt firmat
et temperat. Super hunc aque sunt corpora-
les in nubibus suspense ut in sequentibus
ostendetur que divise sunt ab hiis que sunt
sub aere. Similiter exponatur posuit firmamen-
tum in medio aquarum subdividentium. Celum
ergo tegit omnia et sub ethere vel in ethere
continentur omnia. In hoc ethere dicuntur
stelle infixe celo ut gemma in auro, sed que
in eadem consistentes semper in eadem parte
visdem videntur. Alie dicuntur erratice
que modo in hac modo in illa parte celi vi-
dentur. Et quoniam de infixis secundum ra-
tionem. Queritur utrum moveantur an
omnino careant motu et si moventur qualiter
moveantur. Sunt qui illarum motum asserunt
sed affirmamento ut in eo infixas ad ortum
et occasum referri. Alii dicunt eas per se mo-
tu moveri quia ignee sunt nec necesse aliquod
ethera vel in aere sine motu posse sustineri
sed semper in eodem loco et circa se moveri.
Ceteri dicunt eas de loco ad locum mo-
veri. Nullum tamen motum earum ab oculis nostris
sentiri quia tamen spacium in comparatione suorum circulorum
consumunt quam vita hominis que brevis est et
ad brevem punctum tam tarde ascensionis
comprehendendum non sufficiat. Et minus vero huic
sententie quia de loco ad locum moveantur
consentimus. Aliam tamen rationem quare motum
earum non sentiamus prenderimus que talis est. Pro-
prius motus discernitur vel per immobile vel per
minus mobile suppositum sentitur nunquam
vero per suppositum. Et idem aliquid movetur
vel si aliquod immobile vel minus mobi-
le videamus circa illud preterii vel appropinquare vi-
demus motum sentimus. Si autem aliquid
moveatur nec aliquod circa ipsum vel immo-
bile vel minus mobile videamus motus
non sentitur quia patet per hoc quod per mare in navi
a mari currente. Motus ergo stellarum per im-
mobile vel minus mobile suppositum sen-
titur. Nunquam vero per suppositum nisi per signa
et motum planetarum discernimus quia modo
sub hoc signo modo sub alio videntur.

Super predictas vero stellas nichil est
visibile. Et ideo quis motus earum pos-
sit discerni movetur ergo sed infixe dicuntur
quia motus earum predicta ratione non senti-
tur. In eodem firmamento quidam dixerunt
esse circulos quorum duo sunt visibiles
alii invisibiles. De visibilibus prius de-
inde de invisibilibus disseramus. Duo
igitur visibiles sunt galaxias id est lacteus circulus
galac enim est lac, et zodiacus circulus sive zo-
diacus. Et incipit galaxias iuxta septen-
trionem ex parte orientis et oblique per cancrum
et capricornum redit ad idem principium.
Dicitur autem sic propter nobilem splendo-
rem sue claritatis. Si quis vero condiscit
in illa parte celi nobilis splendor sit
desiderat Macrobium legat. Zodiacus vero
a capricorno per arietem ad cancrum ascendit.
De cancro vero per libram ad capricornum des-
cendit. Descendere vero et ascendere iuxta nostram
situm intellige. Hic in xii partes equa-
les per fluxum aque dividitur X signum. Quia
eis signamus in qua parte celi sol sit
et alii planete et qua crescunt et ad
quid debeant pervenire. Sed quoniam
illa signa nominibus animalium titulata
sunt ut aries taurus et cetera. Circulus qui
ea continet zodiacus dicitur. Zoe enim vero
animal est. Si quis autem nominum causas
querat Hyginum legat. Signorum vero ta-
lis est dispositio quia primus nobis est cancer
sed in nostro in te habitabili et torride
deinde leo oblique descendit. Post
virgo. Deinde libra consistens in medio
torride zone. Post tamen est scorpius
deinde sagittarius. Post eum est capri-
cornus a nobis remotissimus. Deinde
oblique ascendendo est aquarius. Post
ea pisces. Deinde aries in medio tor-
ride zone et libre oppositus. Supra
est taurus. Post gemini. Deinde cancer
et signum cuius mensis sit et quare lo-
quendo de sole docebimus. Nunc ab

X ut refert Macrobius divisum est quarum
unaquaque

circuli invisibiles sunt. Secundo notandum quod quatuor sunt duo
paralleli quorum unus equinoctialis di-
citur. Sed hic est qui per medium torride zo-
ne vadens per arietem et libram divi-
dit celum in duo emisperia qui dicitur
equinoctialis quia quando sol ad ipsum per-
venit equat dies noctibus. De quo in
sequenti dicemus. Notandum quod aliter dicitur parallelus
communis inter habitabilis et torride. Sed ter-
tius communis eiusdem et frigide. Sed quar-
tus ex alia parte torride communis torride
et alterius habitabilis. Sed quintus communis al-
terius habitabilis et frigide. Sed quia aucto-
ritas clamat in medio esse zonas duas
circulo in celo vel in aere sicut [illegible]
de se dicemus. Sed isti duo circuli dicuntur
paralleli id est eque distantes quia a medio id est
equinoctiali equaliter distant. Sed quantum
enim distat hic communis inter habitabilis
et torride tantum communis alterius. Sed similiter
communis inter habitabilis et frigide alterius.
Preter hos sunt duo coluri quorum principium
in medio septentrionis. Sed alter ascendit
inde per cancrum et descendit per capricornum
rediens ad idem, rediens ad idem prin-
cipium. Sed alter inde vadit per orientem et
arietem et reditur per occidentem et libram
ad suum principium. Sed ita in summo septe-
trionis se intersecant et celum in quatuor
quadrantes dividunt. Sed dicitur autem colurus
quasi colon [illegible] id est membrum bovis silves-
tris. Sed colon enim est membrum, urus est
bos silvestris. Unde sic per imperfectum. Sed ideo
quia imperfecti sunt, sed quia illa pars alia
ubi poli eorum intersecant inter nobis
videtur. Sed duo qui ad presens [illegible]
supersunt meridianus et orizon. Sed est orizon
ubi celum videtur cum terra iungi. Dicitur orizon
quasi finitor. Sed meridionalis linea
circulus dicitur linea designans illam
partem celi in qua sol existens equaliter
distat ab ortu et occasu. Sed isti duo cer-
tam sedem non habent quia per diversitatem

circumspicientium vel habitancium variantur. Sed hoc
non ether vel ignis qui per [illegible] rationibus
celum et firmamentum dicitur talis est. Sed cum
ignis sit levis semper [illegible] motu nec supra
ipsum sit quo ascendat ut ascendendo non
descendere potuit et hoc tenet nam eius est
et omnia inferiora loca ab inferioribus elementis
occupata sunt. Sed tamen quod inutilis sunt il-
lud descendit nempe descendendo terram in-
cenderet nec aliquid in ea vivere possit in
quo patet et habet motum continuum et continuum
[illegible] non occupando diversa loca, semoveri
partes alterius vicissim in eodem loco hic. Sed [illegible] vero
continuum sic [illegible] ab ortu ad occasum ad
ortum refert secum stellas [illegible] [illegible]
infixas. Sed [illegible] [illegible] terram volvat
non recto modo sed obliquo [illegible] habitabiles
volvi [illegible] per polos mundi patet. Sed est autem polus
stella immobilis [illegible] in hoc capite celi [illegible] (margin: hoc)
[illegible] linea intelligibilis de
polo ad polum per medium terre ducta circa
quam volvitur firmamentum. Sed [illegible] recto modo
volveretur firmamentum. Sed recto modo [illegible]
super terra alius subtus essent poli vel in la-
teribus terre. Sed [illegible]
duo celi et latus [illegible] partem et similiter ex alia
linea que dicitur axis obliquatur et terra
ipsam oblique volvit firmamentum et sic est.
Et quoniam [illegible] sententiam quecumque de
firmamento satis [illegible] planius [illegible]
[illegible] [illegible] de stellis infixis in eo
et de circulis et de motu eiusdem non tacuimus.
De planetis incipiamus et [illegible] a summo elemen-
torum incipimus. Sed a summo planetarum incipiamus.
Primus itaque planetarum Saturnus dicitur
in parte circulo zodiaci xxx annos consumens.
[illegible] [illegible] frigidus et hec stella fri-
gida et nociva dicitur esse. Sed de frigiditate
[illegible] [illegible] de nocivitate [illegible]
Stellam illam esse frigidam sic probaverunt
antiqui astrologi. [illegible] sicut solem [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] alias
[illegible] [illegible] solito hoc contingit. Sed [illegible]

de Saturno

ad presentiam solis hoc non contingit. Questio etiam
quia planetarum existentium in eodem signo cum
sole reperientes saturnum dominum eorum tantum
frigiditatis esse. Sed dicet aliquis cum omne
corpus stellarum sit igneum sicut probat motus
et splendor, quomodo stella dicitur esse frigida
alia calida. Secundum illorum probationes rationum
quidam dicunt quod propinquitate aquarum con-
gelatarum saturnum esse frigidum. Sicut luna
est propinquitate aque et terre. Sed probavimus
cum aquas in superioribus esse congelatas non
posse. Sed alii quidam dicunt plures esse qua-
litates ignis que in quibusdam corporibus sunt
iuncte, in quibusdam divise. Verum ad mo-
dum quod est quoddam calidum igneum et non sple-
ndidum et aliud est splendidum et non cali-
dum. Dicunt etiam quod ignea non sunt calida nisi
coniuncta sint alicui spisse et humide materie quam
in suam substantiam transmutant. Unde si alicui
igni desit coniunctus spissi humoris, de-
ficit in eo calor. Hoc autem probant per so-
lem qui in equinoctialibus notum nobis est,
aer spissior magnum concepit calorem. In
superioribus vero propter aeris subtilitatem non
concepit. Hinc est quod sunt montes propter nives
ubi consistentes. Sed de hoc loquentes
de situ terre satis diximus. Volunt etiam
isti super lunam nullum spissum calorem esse
propter nimiam etheris subtilitatem. Nos vero
dicimus nomina qualitatum tribus modis re-
bus attribui. Vel per effectum, ut communiter
dicatur calidum quod efficit calorem etiam si
frigidum sentiatur. Vel per sensum, ut si aquam
bullientem dicimus calidam et si non valde
sit frigida. Vel per signum ut cum dicimus
sanum esse bene dormire sine difficultate
spirare. Cum ergo aliqua stella dicatur
esse frigida effectum deputetur quam-
vis ergo ipsa sit calida. Sed quia efficiat frigus
dicatur frigida. Unde quod saturnus cal-
cus soli minuit calorem per effectum dicitur
frigidus. Licet ipse sit calidus. Sed quia at

forsitan aliquis si corpora stellarum ignea
est attendendum quod per diluuium aliquid gene-
ratur aliud particulare / Generatio uero unius non
post aliud esse non potest. Sed generum sit
quod alternatim perueniunt temporalia. Vnde
quedam in tempore Noe per diluuium ma-
gis destructa destructione per combustionem
mundus esse finietur. Sed quoniam in fine
huius uoluminis de mari habitus est tractatus.
Vnde in primis vij diebus lunationis flu-
xus illius desiccat ~~[struck]~~ / In aliis septem
crescat / In tertia septimana decrescant /
In quarta crescat. Videamus ergo igitur
in nouilunio est luna in toto sub sple-
ndore solis qui in eam ascendit est supra
aera sibi subditum non potest tenuare neque
humorem desiccat / Est ergo tunc plenus
fluxus. Sed cum splendor incipit descendere
attenditur luna desiccat quod aera mi-
nuit quod humorem. Quanto quod plus descen-
dit splendor desiccatur humor. et hoc usque
ad septimum diem / Septima uero die
quia medietate tota accensa est. medi-
ante aere calefacit humorem. tunc bul-
liens sursum eleuatur et sic usque ad ~~[struck]~~
decimam diem crescit fluxus. Sed quia tertia
ebdomada calor eleuatus circa minuitur.
et fluxus maris minuit / In quarta uero quod
splendore ascendente calor deficit et spis-
satur humor / Et ideo quod crescit et inde
fluxus usque ad nouilunium / Nota quod
istis de causis fiunt monstra scilicet quod superfluita-
te materie et paucitate et quod magnitudi-
ne caloris naturalis et quod defectu eiusdem /
Exemplum de superfluitate materie ut si materia fuerit
multa et calor naturalis fortis esset / Exemplum de super-
fluitate materie et quod defectu caloris vel exemplum de
paucitate materie et superhabundantia caloris
etc. / Fiunt etiam quandoque monstra quod uirtute
ymaginationis et quod superiorum influentia /
ut si species permutarentur et hoc contingit
in coitu. Inde sicut cum mulier conci-
pit ymaginando vitulum quem respiciat
monstrum / ~~Secuntur capitula~~

Exemplum de paucitate materie ut si materia sit parua et calor
non multus etc.

De monstro
De terra
Vnde terra animalia quoque nata sunt va-
dunt et homo non
De diuersis qualitatibus terre
De terris asye affrice et europe
Vtrum in quibusdam montibus sint species minerales
Quas qualitates contrahit terra quod diuer-
sis uentis
De insitiis arborum
De germinatione
De tempore quiescenti coitui
De matrice
De causa sterilitatis
Vtrum uirile sperma solum conceptui sufficiat
De sompno
Vnde sompnia
De capite
De uirtutibus illius
De cerebro
De oculis
Qualiter fiat uisus
De coniunctione et distinctione et de tinctione
De auditu
Quid sit anima
Quare complexio sit querenda doctrine
Quare etas o
De conceptione
Vbi concipiatur masculus
Vbi femina
De operationibus celestium in puero
Qualiter puer pascatur in utero
De natiuitate
Quare nati in septimo mense viuunt
octauo non
De infancia
De animali
De naturali uirtute (uitali)
De spirituali
Vnde sit accretio
De tempore quantitatis illius in corpore
De uirtutibus illius
Quare pueri non discernat intellectus
De iuuentute et senectute et senio
Qualis quidem sit magister
Qualis discipulus /

Quis sit modus distendi
Que actiones sunt anime que corporis.
Qualis anima sit in compositione corporis.

Superiorum voluminum series a prima causa exordita usque ad eminum defluxit aurium non contines sed voluntati legencium desines atque ideo animus stultorum non sedens. Maneat illud apostoli impletum est. Erit enim sanam doctrinam non sustinebunt sed ad desideria sua coacervabunt sibi magistros discipulorum passiones distinguentes magistros mitiores lege que loquuntur et tacere proponentes cognoscamus. Inpauci enim fiore magistri sibi adulantes multum et docere magistri pape et si sit aliquis qui magistri scrutari sequatur ut in sanus incitabus scolarum fugite sequatur ut sane ... crudelis ... humanum vocatur. Vt ideo bis crudelis quod humanam vocatur. Vt ideo bis vimbrenum posset vel atque ideo malli tonitrus vocos tamquam manum et gotturne caput non utile deus. Vnde ergo debent diligi fugiunt ingeri sed illud omnis per quas nos petitis sc per fugatus opes. Sed quoniam prius est animus ad penam deflecte sed melioribus conformato ad penam deflecte sed melioribus conformato motu animus apcioribus conformato quod melio motu animus ad terram transcamus. Et quod de alijs elementis ad terram transcamus. Et quod de alijs elementis et ornatu eorum sectantes compendii disponimus et ornatu eorum ornatu earum dicere incipiamus de terra et eius ornatu.

Est ergo terra elementum in medio mundi positum. Est ergo terra elementum in medio mundi positum. Ideo et firmum. Nos enim speculo solo videmus. Ideoque a firmamento. Nos enim specuto solis medium est. Desiuum. Undique enim ad similitudinem est ... firmum. Vndique cum ad similitudinem est. Nam quemadmodum terra in medio centrum omnium est dispositus. Nam quem terra a centro ut medius in ovo. Terra hac aqua dici ut meditullium in ovo. Terra aqua est aer ut terra mediacullum albumine. Terra aqua est aer ut panniculus continet albumine. Et terra omnes ... ut panniculus continens albumine. Terra vero tecta concludens ignis ad modum teste omnium. Tecta concludens igne ad modum teste omnium et ideo cum terra enim sit in medio mundi posita et ideo chet terra cum sit in medio mundi posita et omnia recipiens pondera. Et si naturalis sit omnia recipiens pondera. Et si naturalis sit frigida et sicca in diversis tamen suis partibus capacitates diversas contineret qualitates. Pars enim illius torride zone parti aeris subdita frigida sit et inhabitabilia. Pars vero temperata parti aeris subdita temperata est et habitabilis. Sed quia due ut predixi ... partes illius sunt intemperate due iuxta sunt temperate et habitatoribus peruiores

... vna citra torridam zonam altera ultra quorum ambe sunt habitabiles. Vnam tamen ab hominibus inhabitari credimus. Nec totam. Sed quia plurimi de habitatoribus vestris ultramarinis non quia ibi sunt sed quia esse possunt loquuntur. De illis quas non credimus esse per nullam scientiam plurimi sic dicamus. Pars igitur terre habitabilis in qua sumus in duo dividitur. Cum enim temperie aeris cuiusmodi parte terre sit quedam pars temperata et habitabilis. Sed quoniam refluxiones occeani latam terre iuxta qualitatem orizontis cingunt et duo illam dividunt. Tunc superiores inhabitamus partem. Antipodes enim inferiorem. Nullus enim venit ad illos neque illorum ad nos. Nullus enim venit ad illos neque illorum ad nos pervenire potest. Sed pars enim septemtrionis frigus et reflexiones transire prohibent. Et parte vero orientis et occidentis solis reflexionis. Et parte vero orientis et occidentis solis reflexiones. Sunt alia habitabilis in duo divisiones. Sunt alia habitabilis in duo divisiones. Superiorum quorum nos optinemus antecedit. Et antipodes illorum inferius. Sunt ergo in diversis habitabilibus nostris habitatores quorum habitatores alij tamen alijs in quibusdam temporibus conveniunt in quibusdam differunt. Nos et cum et nos antipodes hiemem estatem et hiemem et alia tamen tempora. Sed quando nos diem et illi noctem. Ibi enim proximitate solis est estas. Sed remotio tunc hyemis. Sed mediocri distancia ver et autumpnus. Signa vero equaliter nobis et illis distant quippe tamen quarta. Evania cuius vallem que locum obtinent. In quo cuius signo sit sol equaliter est nobis et illis eadem que efficiet. Non cito ergo hyemem distans. Sed nostri nec simul tamen diem et noctem. Cum enim splendor solis sit dies et umbra terre nox. Vmbra vero semper in parte splendori solis opposita. Cum superior terre est splendor dicatur inferior terre est umbra noctis tam inferior et umbra in opposito splendor. Nulla ergo hora qua in aliqua parte terre non sit dies in aliqua nox. Sed quamquam simul nos et ipsi simul habeant estatem simul hyemem sed quando nos diem et ipsi noctem. Nec estate vero sunt nobis dies longissimi

breves autem noctes. habebunt ergo ipsi
estate sua dies breves et noctes longas
tempore contrario. nam estatis. ¶ Contingit hoc dici-
mus et si quando nos habemus diem et ipsi
noctem. non tamen eandem. nos diem ipsi no-
ctem. Immo in quodam tempore dies nobis
et illis communis quia alii in vespere alii in
mane ¶ Secundo cum sol nobis est in oriente
ad hunc est illis in occasu. habemus mane
et illi vesperum. et circa horam primam no-
dum fit eis nox. ¶ Similiter in occasu quo
tempore sol incipit descendere. incipit illis ap-
parere et tunc illis est mane nobis vespe-
re. Unde est quod in hieme et nos et ipsi dies
et noctes et si non simul ¶ Similiter de hye-
me ¶ Sed qualiter hoc fit ingeniis lega-
tum distinguendum committimus ¶ Nos
vero et antheci mediante simul habemus diem
et noctem ¶ Sed quando nos estate illi
hyeme et e contrario ¶ Illud enim modo in eodem
emisperio sumus nos et ipsi simul habemus
splendorem et simul umbram ¶ Sed et
quando sol est nobis propinquus. illis est
remotus. quando habemus estatem. illi hy-
emem ¶ Secundo vero sol nobis est remotus.
illis est propinquus. tunc ipsi habent
estatem et nos hyemem ¶ Sed licet ori-
questio similis fieri. adque si quis
superioribus instructus attendit. illius
solutionem facile deveniet ¶ Nos vero et
antipodes antheciorum nostrorum neque simul
estatem neque hyemem. neque diem neque
noctem habemus ¶ Antheci vero nostri et
sui antipodes sic habent ut nos et
nostri antipodes ¶ Antipodes autem
nostri et sui antheci ut nos et antheci nostri.
¶ Et quoniam de quatuor habitationi-
bus et earum habitatoribus satis docuimus.
de nostra dicere incipiamus ¶ Nostra igitur
habitatio ab oriente in occidente ad
meridiem in septentrionem extenditur.
et inter terminos temperata durat. non e-
qualiter tamen in omnibus suis partibus
temperata est ¶ Pars igitur que

torride zone propinquior est. ut libia et
Ethiopia calida est et sicca. vicina frigide
frigida et humida ¶ Orientalis vero ca-
lida et humida ¶ Occidentalis frigida et
sicca. equaliter vero distans equaliter est
temperata. Hujus item tres sunt partes principa-
les ¶ Asya ¶ Affrica et Europa ¶ Et inci-
pit Asya ab oriente. extenditurque usque ad
septentrionem et usque ad torridam zonam. inter
quam et Tanayn et Nilo mediam partem habita-
bilis obtinens. Europa et Affrica duas
alias obtinent ¶ Sed tamen Affrica mi-
nus sub parte orientis ¶ A meridie torrida
zona ¶ A septentrione ~~medio terrae~~ vel me-
dio terraneum mare ¶ Ab occidente oceanum
[illegible] a septentrione frigida zona. hoc
modo ¶



In hac igitur nostra habitabili sunt
montes. in quorum summitatibus sunt
perpetue nives. et in convallibus maximus
calor fit ¶ Sed queritur cum calor fit ex sole
et superioribus montes vero illi propinquiores
sunt soli quam sunt convalles. quare in superi-
oribus illorum sunt nives et in convallibus
non ¶ Contra quod dicimus quod etiam
in superioribus sunt tenuiores (?). quod quamvis
ex sole fit calor qui idem est calide nec
[illegible] humido quod nisi non [illegible]
[illegible] nichil calefacere potest

Videtur impeditus motibus quia aer subtilis et
commixtus cum motione alia a sole non potest attendi
sed cum sua levitate huc et illuc impulsus fri-
gidus efficitur. In contrariis vero quia aer est
spissus et inde secundum immobilis cito incenditur
et calescit. Et per hanc similitudinem potest probari.
Quod si aer in estate est immobilis attenditur
et est calidus et si ventus veniat qui mo-
veat illud frigidum sentitur. Sed hic oritur alia q-
uestio. Si aer in superioribus partibus motus
ita est subtilis. Quomodo ergo spissatur in nubes
et in nives. Nos vero dicimus quod ille non in-
spissatur sed fumus humidus qui continue
ascendit cum frigiditate superiorum spissatus in nu-
bes et constringitur in nives. Eadem hec ha-
bitabilis diversis ventis opposita diversas
contrahit qualitates. Si cum aliqua pars e-
iusdem habitabilis motibus opponitur ori-
enti septentrione clausa sit sicca et occidenti
opposita vero medici est calida et sicca in hy-
eme sanitatem bona in estate pessima.
Si vero contrario scilicet opposita septentrioni in
hyeme mala in estate bona. Pars vero ori-
enti opposita et alijs clausa est calida et hu-
mida et inde bona. Et frigida et sicca in
contrario mala sed in vere bona. De vero de
partibus hec dicimus quod bad potest presentes
domus. In hyeme [illegible] in estate sunt male
in hyeme bone septentrionis ergo. Unde
erat quod antiqui talia australia et borealia
faciebant ut in australi hyeme in boreali
estate dormirent. Et quoniam de hoc ele-
mento et partibus eiusdem satis diximus.
De herbis et fructibus et arboribus consequens
est ut dicamus. Sed quoniam magistri et doc-
tores satis de illis et de arte docent de
illis tacemus. Sed unam solam questionem
cum eius solutione de insertis ponentes
que talis est. Cum altius nec sit tenuis
altius surculus causa et ascendit super ra-
dices et tenuis dictio ascendit quomodo
transeunt in naturam surculi ramus et fructus.
Humus talis est solutio. Continue fumus calidus
et humidus ascendit per poros radicis sed ali-
quid tunc et aquee sit vel sube traboris
tamen inveniendi augmentandi fructus
fonditur convertens hic cum per truncum ascen-
dit. Et truncus quod sunt ne est quemcumque
retinet materiali quod calor illud digerens in
medullam trunci et cortice consumitur.
Cum vero ad surculum ascendit surculus in
suam naturam digerit.

Restat ergo ut de tertio animali di-
camus quod cum animal sit mortale quod-
dam tamen est rationale quoddam irrationa-
le. Sed quia irrationalia sunt infinita ve-
lectionem philosophorum in eo pertinentia de naturis
illorum unde quedam ruminant quedam
non. Et quedam ungulata quedam non.
Sed postponamus ut de rationali et morta-
li id est de homine quod dignius est dicamus.
Cum quia ex duobus scilicet anima et corpore
constat prius de humano corpore quod prius
constat prius cogitationi occurrit. Deinde de a-
nima et eius virtutibus dicamus. Sed
quoniam de compositione primi hominis et
quomodo de limo terre factus est.
Et qualiter femine dicamus. De
sit homo in primo volumine docuimus. De
cottidiana hominis creatione formatione
nativitate etatibus membris de officiis
et utilitatibus membrorum dicamus. Cum igitur
ex spermate concepto homo fiat de ipso
aliquid dicamus. Sperma est viri semen
sperma substantia omnium membrorum compositum.
Cum vero ex substantia omnium membrorum sit com-
positum ex hoc apparet quod omnia membra in-
de formantur. Et ratio quia est ut similia
a similibus nascantur. Aliud item ad hoc
est argumentum quod si pater in aliquo mem-
bro aliquam incurabilem obtineat in-
firmitatem ut maxima podagram filius
in eodem membro habeat infirmitatem. Et
quia de spermate femine mentionem quod in
matrice recipitur de tempore convenienti
coitus et de matrice pauca dicamus. Aliquando
tardioris [illegible] tempus coitus incipit.
Sed queritur cum contraria et humores sper-
ma tamen conveniat prima vero calida
sit et humida. Quare impura coitus non
conveniat. Cum dicimus quod in illa eta-
te nondum sunt meatus hominis ad hoc
deservientes. Unde sperma venire non potest.
Qualis vero apti sunt et apti coitui.

Ex siccitate vero et semine ... Item coitus
vero contingit propter commixtionem vero ante
sompnum molestam et hoc opus in-
venit cum talis calor qui cibum debet
digerere. Post sompnum vero quia cibus
digestus est in sanguine tempus illud
est. Et nec ... sine opus con-
veniat quod quarta particula queratur.
Matrix vero est aspera semini et susceptiva
intus villosa ut melius semen recipiat
vii obtinens cellulas ... figura ut
moneta in ... unde est quod vii nectis com-
plures mulier uno lecto parit.
Et quia aliquando a matrice causa sterilitatis
contingit de illa aliquid dicamus.
Causa igitur sterilitatis nimia siccitas. Ni-
mia humiditas. Nimius calor. Nimium
frigus. Sed cum sperma ex temperato i a-
sanguine consistat ut inde aliquid sit ...
simile requiritur. Aliquando enim nimia pin-
guedo est causa quare nichil concipias.
Quia cum os folliculi obstruit ne semen
intrare possit. Unde virgilius ingeniis
dicit equas in tempore coytus macre esse
contemnandas. Et inde subiungit ...
tam ne pinguior usus sulcos obli-
met inhertes. Item frequentia coitus
eiusdem rei causa est. Diluitur enim tamquam
matrix iuxta ad modum ... marmoreus
... nichil potest obtinere. Si i-
vero in muliere nulla sit causa sterilita-
tis veniat quod sperma genitura quemcumque
matrice includitur statim matrix ita ut aut
incorporate quod nec ... possit ingr-
dictam ... conceptionem. Ideo quemcumque geni-
tura sperma ... sit nimis sit calidum vel
frigidum statim humidum sicut conceptio genitur.
Sed queritur si solum virile sperma sine
muliebri genitura sufficiat. Dicitur quod
et solum sufficit. Et huius rei sit est probatio
quod sepe ab ... aliqua ... nobi-
litate ... aliquod gignit ... vobi-
nullum semen mulieris esse potest. Non
enim est sine voluptate seminis emissio.
... eciam muliebre esse in

conceptione esse quod propter infirmitatem cum puer
... in simili membro a matrice ... plac.
Et vero dicit aliqua valente puerum conci-
pere quod si impugnatio displicet infirme cum
ex frigiditate ... placeat. Sed quia
post conceptionem menstruum ... cessat unde ca
contingit et quare tunc cessant dicamus.
Sed omnis mulier ... sit frigida. Calidissima
prima quippe frigidissima viro frigidior est.
Et ... non bene potest digerere ... superflu-
itates que per singulos menses purgantur.
... menstruum inde vocatur. Conceptione vero
... geminatur talis ... includitur
... digeruntur tamen superfluitates omnium
bus digeritur ... ex sanguine matris nutritur fetus mu-
Item quia ex sanguine ... purgatione. Unde est quod
liceat non ... quo nata sit ... homo
tetra animalia ex quo ... sanguine menstruato ... toto
non ... Sed unde mulieres post conceptum
... sunt ... bruta vero animalia
omnino ab ea cessant. Unde cum mulieres frigi-
diores sint ... magis illis sunt.
Unde post coitum ... mulier non ... ledatur
... aut ... sunt efficiatur dicit ...
... religiosi si forte hoc opus
... attigit dum loquendo de tali ... aste
damus. Sperma igitur in matrice ... vires
eiusdem clausum in ... remaneat ... et
... in ... parte ... melior
... est ... parte ... masculus efficitur
et calido sanguine fetus nutritur masculus efficitur
sinistra que ... calore i
... remota ... fit. Si vero non be-
ne ... aliquantulum usus sinistra ...
cum usus dextra ... fit effeminatus. Si in
sinistra ita quod aliquantulum usus dextram ...
fit ... semen
collocatum est. ... digestiva ...
que calefaciendo calore matris illud spissat.
Sed ex siccitate folliculum coartasse totum et
conceptum ... aliquas superfluitates illi se
... illud ... Sic folliculis
... septima die se-
... ut ... gutte sanguinis
... folliculi ... apparent. Et a
septima ad ipsum conceptionis humorem
se ... Quarta in quadam

liquida soliditate velud in carne et sang-
uine coagulatur. Et ista vero si puer septimo
mense nasci debeat, qui autem in nono. Sep-
tima incipit virtus formativa cuius officium
est humanam figuram componere. Hanc sequitur virtus
assimilativa cuius officium est quod frigidum et
siccum est in frigida et sicca membra ut sunt
ossa mutare. Et quod frigidum et humidum in flegma-
tica ut est pulmo. Et quod calidum et siccum est
in colerica ut cor. Et quod est calidum et humidum
in sanguinea ut epar. Deinde sequatur
virtus concavativa cuius est manus cavare
narares perforare et formati vero membra
assimilatis et cavatis. Incipit fumus humidus
per venas et arterias discurrere motum et vitam
conferre. Hic motus hoc dic de conceptu
incipit si puer septimo mense debeat na-
sci. Et in vero lxxx. Et quia omnia que cor-
poraliter vivunt cibo aliquo indigent. Sequitur
virtus pastiva que usque ad mortem extenditur.
qo Sed queritur quomodo puer in ventre pas-
tatur. Dicimus quod quibusdam venis qui in um-
bilico sunt matrici coniunguntur per quos puro sang-
uine ab epate matris descendente nutritur
puer et crescit. Secundum quia digestum non re-
cipit non indiget egestione superfluitatis.
Has predictas virtutes sequitur nativitas cuius
duo tempora sunt septimus mensis et nonus. Habet
autem questionem quare si autem septimo mense
nascatur puer vivere non potest et est in septimo
natus vivat. In octavo non dicitur tamen philosophus
quod ante septimum mensem non est tanto motu
impeditus quod si nascitur vivere possit. In septimo
vero est motus vite sufficiens. Unde puer se
movet, si debiles venas quibus matrici iungitur
frangat; frangens illos nascitur vite ydoneus.
In octavo mense motu septimi mensis
debilitatus si nascitur vivere non potest donec
restitutus in illo scilicet octavo et parte noni mensis.
Incipit iterum moveri rupere que venas vero
venis vite nascitur et quia de calido et humido
natus est nascens et ad dissimile scilicet frigidum
perveniens contrarietatem sentit. Voce que
emulationis emittit. Et ideo prima vox
hominis vox est doloris. A nativitate vero
usque ad vii annos est infancia quia
in quadam parte illius fari non potest.

Nulla vero si loquitur parte loquitur. Nulla
etate secundum hanc habere potest rationem tamen et intellectum
non. De sensu queritur aliquid dicamus de
ratione vero et intelligentia que in tali
etate haberi non possit quia sunt de virtutibus
anime. Loquendo de anima ostendemus. Et
quia cum animali virtute que procedit naturalis
atque spiritualis sensus habet principium de
his virtutibus animalis quarum prior est nutritio
aliquid dicamus. Cum ergo homo con-
stet ex quatuor elementis ex calore et hu-
miditate contingit fumum humidum nas-
ci et calidum qui diffundens se per membra
et movens illa tamen digestionem operatur
virtusque naturalis vocatur. Et quia de tribus
digestionibus facta est mentio, inquiramus
quid sit et ubi et qualiter fiat digestio.
Digestio igitur est alicuius rei per ebullitionem
facta mutatio. Prima vero digestio fit in sto-
macho. Secunda in epate. Tercia in omnibus
membris et [illegible] de prima primo dicamus.
Cum homo naturam corporis in nutrimenta indigeat
in quadam etate in omni vero restaurationem
eius que in tercio et quarto calore vel frigore
de nascentibus vite est cibus et potum
ex quibus nutritio et incrementum sub mi-
trat. Sed quia cibus ingressus est vite fuit
ut pueris qui intrat stomachum tenuis
et delicatus redditur. In hoc ergo dentes
pati sunt nati ex flegmate per gingivas
descendente ex frigiditate spissato et du-
rato ut cibum terant. Lingua vero ad
modum molendinarii illum levat et sub
dentes reducat. Que ad hoc spongiosa
est ut cibum suum recipiens saporem dis-
cernat. Fit ergo in ore quedam prime
digestionis preparatio. Cibus vero preparatus sic
cum potu per ysofagum intus stomachum per-
portam cuius introitus amplius [illegible]
descendit ibique decoquitur et in speciem trans-
ponitur. Fit questio an in re quidam o-
portet transmutatur et est prima diges-
qo tio. De stomacho vero utrum sit frigidus
vel calidus natura fit questio. Aiunt enim
oportet quod calidus ne sit alter enim cibum
non posset decoquere. Cum ergo cibum coquit
Salo et transmutat calidus est. Alios vero dicunt
stomachum frigidum esse naturaliter calidum

contualit

accidentalis est unde sunt naturales ut quidam
homo plus solito comedit extenditur
tamen numquam conuchetur. Et tamen fuit necesse
quod esset liberiori natura necessario ad dimidium ut
commestibilia recipit. Sedetur. Cum autem
omne eius sit frigidum sit naturaliter. Ergo sto-
machus. Et ut melius cibum recte mode-
retur decoquatur, intus est villosus. Et in-
tus tamen naturaliter sit frigidus, oportet tale
sit suppositum cum est epati, ita quod fere
totus ab eo includitur. Ex dextra vero parte
eius est fel ex sinistra autem cor, que ca-
lida sicca et sicca, et inde fit stomachus
calidus ut igne supposito caccabus.
Sed ergo proprie loqui volumus in stomacho
non a stomacho cibum dicamus coqui. Et
cibus igitur fit in modum ptisane
mutatus per inferius foramen quod porta
dicatur exiens intrat duodenum intesti-
num sic dictum quia quantitatem duodecim
digitorum quales sunt digiti eiusdem in
unoquoque obtinet. Delictus vero in eo
quod eius nutritiuum sit conueniens transit et
aliud quod ieiunum dicitur, quia intus nil
retinet. Sunt ieiuni vene quedam ab
epate venientes se coniungunt quas quod
liquidius est transit ad inferiora epatis [illegible]
tatione, et sicut fit [illegible] saturitate sit
citate mittit i repellit [illegible]. Quod
vero frigidum et feculentum est in longa-
onem inde in secessum descendit.
Et hec est prime digestionis superflui-
tas. Quod vero liquidum quod in sinu epa-
tis transit calore eiusdem digeritur. Quod
ex eo calidum et siccum est transit in
caleam et per quasdam venas ad cis-
tim fellis transmittitur. Et hec est sedes
colere. Sed inde quedam pars ad confortan-
dum appetitum in stomachum transit.
Et ad splenem sedem melancolie de-
scendit. Sed quedam pars ad stomachum
ascendit ad virtutem retentiuam confortan-
dam. Quod vero frigidum est et humidum
in flegma mutatur et ad pulmonem
sedem flegmatis transit. Quedam pars
et propter expulsiuam virtutem stomachi

transmissa. Quod vero calidum et humidum
in sanguinem versum remanet in epate
quod est sedes sanguinis. Sunt ergo
quatuor humores sumentes proprias sedes ha-
bentes: colera fel, melancolia splenem,
sanguis epar, flegma pulmonem. Quo-
niam quidem dicitur flegma propriam sedem
non habere. Sed cum sanguine ut melius pos-
sit per membra dispergi remanet. Et hec
est secunda digestio. Quod vero ibi superfluum
est per humorem kilum dictum, que sperme ad-
iacet, ad renes descendit, quidquid plus
[illegible] est ad sui nutrimentum retinen-
tes, reliquum per poros ad vesicam transmit-
tunt quod per virilem exiens virgam urina dicitur.
Et hec est superfluitas secunde digestionis.
Sed quia pueri habent [illegible] poros strictos
quod ibi vero spissum est remanet in lapidem
transit subitam. Qualiter vero etatibus quia po-
ri apti sunt non generatur ibi lapis. Sed cra-
tes ergo plus nascatur lapis in collo vesi-
ce senibus [illegible]. Sanguis vero predicto
modo in epate generato per venas ad omnia cor-
poris membra. Calor quorum feculentas vero per sudores
digestio, in eorum similitudinem transit. Superfluitas
vero per sudorem pars exit. Alia vero pars ad epar
recipitur ibique de cocta descendens exit cum
urina sedimentum vocatur. Sed si in fundo
sit urine dicitur hipostasis. Si in medio
eneorema. Si in summo nephile. Sed quid
significat in diuersis locis existens et quid contra
contentum [illegible] et calor
dicere non est meum. Si quis hoc scire desiderat
theophilum de urinis legat. Huius tamen na-
turalis vocis est argumentum [illegible] quod con-
tingit ex humore et calore. Quod cum aliquid
ascendit est caloris, quod vero humoris spissatiui.
Sed dices si ex calido et humido est nutrimentum
quid colera et melancolia quorum alter frigidus
et siccus, alter calidus et siccus sit. Nos vero
dicimus nullum esse hominem qui calidus et
humidus non sit. Sed tamen quidem plus quidem
minus [illegible]. Homo naturaliter calidus est et
humidus inter quatuor qualitates temperatus. Sed
quia corrumpitur ita contingit illas quali-
tates in aliquo intendi et remitti. Si vero in
aliquo intendatur calor et remittatur humidi-
tas dicitur colericus id est calidus et siccus.

q°

Colera

non tamen est sine humiditate. Si vero in aliquo
intensius sit humor, calor vero remissius,
dicitur flegmaticus. Cui autem intensa
sit siccitas, remissius calor, dicitur melan-
colicus. Si vero equaliter insunt, dicitur
sanguineus. Sunt ergo omnes homines
naturaliter calidi et humidi, sed propter qualitates
intensas et remissas recipiunt nomen in-
tense et nomen quam remisse. Quoniam ergo com-
plexione est homo ceteris plus temperatus
omnia nunc alia. Sunt quedam in longum,
quedam in latum. Colerici namque longi
et graciles sunt: longi propter calorem cuius est as-
cendere, graciles propter siccitatem. Sanguinei vero
longi propter calorem, pingues propter
humiditatem. Flegmatici vero propter frigidi-
tatem puri, propter humiditatem pingues. Me-
lancolici vero propter frigiditatem puri, propter sic-
citatem graciles. Iste tamen naturales proprietates
sepe per accidens variantur. Nam cole-
rici et melancolici vel ocio vel commes-
tione sunt pingues. Sanguinei et flegma-
tici per abstinentiam et labores graciles. Quod
vero sanguinei et flegmatici preter naturam barbati
sunt propinquitate materie vel spermatis contingit.
Sed naturalis virtus hec quedam principia inchoata,
quedam desinentia et adminuantia, quedam
alterantia quedam. Sed quia de his a
Iohannitio in ysagogis sunt satis dicta, ex
illo proposito ad sompnum qui ad naturalem vir-
tutem pertinet transeamus. Sompnus ergo
est quies animalium virtutum cum intentione na-
turalium. Contingit autem sic: fumo humido
ad superiora ascendente implentur ventriculi cerebri,
animalis virtus sola descendit. Desinit ergo a-
nimalis virtus. ... Donec
de naturali calore illo desiccato animalis spiritus
incipiat descendere ac aliquantulum animal
excitare. Sompnia vero per reliquias cogi-
tationum, per ciborum potum, per tempus, per
complexionem, per qualitatem iacendi fiunt
... et hec nichil significant. Alia per missionem
angelorum. Alia per munditiam et libertatem anime
quam omnium prelationes ...
Sed quoniam hoc modo proposito non multum atti-
net, et ad finem voluminis tendimus, illo
pretermisso ad spiritualem virtutem transeamus.
Videamus ergo fumum per diversa foramina
ascendentem subtiliatum ad cor pervenire.

ad attingendum aerem illud dilatatur ut
calor temperetur, ad expellendas vero
superfluitates idem constringit et virtus
spiritualis virtus tamen arterie desinunt.
Sed ad animalem virtutem veniamus.
Dictus fumus per diversos ascendens
colando ita subtilis efficitur quod per-
veniens spiritus dicitur ad cerebrum. De-
scendensque per diversa instrumenta diver-
sas animales operatur virtutes ut oste-
demus. Nunc quia a cerebro procedunt
de ipso ante dicamus. Deinde qualiter
sensus inde procedant et quoniam
in capite continetur ab ipso ordiamur.
Caput est quedam sperica substan-
tia quasi duobus digitis ante et retro
compressa. Rotunda ut melius cerebrum
moveret et ne superfluitates in angulis
si ibi essent remanentes illud corrum-
perent. Ante et retro compressa propter
nervos inde procedentes quorum per eos sen-
sus quinque operantur. Posteriores vero
motum corporis voluntarium. Huius
exterior parte est cranium. Cuius pellicu-
le adherent capiti, per fumo ascendente
et per poros exeunte fumus etenim ille per ex-
situs per frigiditatem aeris constringitur
et in corpulentam substantiam convertitur. Et
alio vero fumo exeunte impellitur sursum
quod induratum est et sic crescunt ca-
pilli. Sed quia naturale est ponderosum
descendere, ... et descendunt. Et
unde quia nulli etati desunt superflui-
tates, necesse alicui de est capillos inve-
niendum, necesse unguium qui per superflui-
tatibus cordis per summitates digitorum
exeuntibus per frigiditatem durati sunt. Et
ceteri vero pili barbe scilicet et pectoris quibus-
dam etati desunt. Barbe scilicet feminis
desunt et pueris. Et cum barba a calore
habeat existere in homine propter geminum
calorem cordis et testiculorum potest
esse. In mulieribus vero propter frigiditatem
esse non potest nisi sit aliquid preter
naturalem modum calida. Eadem ratione
non est barba in spadonibus id est testi-
culis carentibus. In pueritia esse non

non potest propter stultitatem (?) pororum et ex fumo ascendente fiunt capilli iuxta complexiones varii, unde diversi colores. De quibus quia in phisica satis diximus, taceamus. Sub his duo sunt pelliculae dicte, quarum una propinquior cerebro durior est, unde dura mater dicitur; altera propinquior vero cerebro ne ledat ipsum tenerior est, unde dicitur pia mater. Sub hiis est cerebrum, cuius talis a Constantino datur diffinitio: Cerebrum est liquida et alba substantia sine sanguine. De quo queritur an frigidum sit an calidum. Dicimus quod naturaliter est frigidum ne continuo motu desiccetur. Hinc in capite sunt tres cellule: in prora, in medio, in puppe. Prima vero cellula est calida et sicca, dicitur que fantastica, id est visualis, quia in ea est vis videndi et intelligendi. Hec calida et sicca est ut formas rerum et colores attrahat. Media dicitur logistica, id est rationalis, quia in ea est vis discernendi. Quod enim fantastica attrahit ad hanc transit, ibique anima discernit. Estque calida et humida ut melius discernendo proprietatibus rerum se conformet. Tertia vero memorialis dicitur quia in ea est vis retinendi aliqua in memoria. Quod enim in logistica cella discretum est transit ad memoriam per quoddam foramen quod claudit quidam panniculus donec appetatur quod aliquid tradere memorie vel ad memoriam reducere volumus. Ista est frigida et sicca ut melius retineat: frigidi enim et sicci est constringere. Sed dicet aliquis: quomodo hoc probatur? Dicimus per vulneratos (?) in illis partibus acceptis. Sed cum aliquis esset bone intelligentie quo ad primam rationis, que ad secundam et memorie vi(?) ... physicus quod accepto vulnere in aliqua illarum cellularum inde illius cellule amittebat virtutes aliarum retinens. Ergo merito antiqui dixerunt in capite esse sedem sapientie

Ab hoc cerebro procedunt nervi ad oculos per quos animalis spiritus veniens visum operatur. Ut ostendamus quid sit, de substantia oculorum aliquid dicamus. Oculus igitur est orbiculata substantia et clara, in superficie aliquantulum plena, contra tribus humoribus et septem tunicis constans. Orbiculata est ut facilius volvi possit. In superficie plena ut melius formas rerum et colores in se possit recipere; lucens ex humoribus constans ut a visuali spiritu possit penetrari. Septem tunicis ut superfluitates expellant ne illum ledant. Sed si quis nomina humorum et tunicarum et dispositiones scire desiderat, Pantegni legat. Duos vero oculos natura constituit ut si unus lederetur alter remaneret. Deinde dicamus de visu. Cum igitur animales spiritus per nervos a cerebro procedentes ad oculos usque pervenerint, si aliquid obstaculum splendorem vel solis vel alterius repellit, usque ad obstaculum diriguntur, quod ostendunt per se; ibi spiritus se diffundit formisque illius et coloribus informatus per oculos et per fantasticam cellulam ad logisticam transit, visusque efficitur. Unde est quod visu figuras rerum et colores discernimus. Stoici dicunt visualem spiritum usque ad rem non pervenire, sed oculum figuras rerum et colores in se recipere, ad quem pervenientes ille radius similiter informatus visum operatur. Sunt alii qui dicunt illum neque usque ad obstaculum pervenire neque oculos informari, sed medium aerem inter videntem et obstaculum formis et coloribus informari, atque radius perveniens informatus usque cerebrum visum operatur. Sed nobis vero illa placet sententia quod visualis spiritus usque ad rem perveniat. Unde hoc est probatio quod qui visu aliorum lesi vel lippientes sepe incurrunt infirmitatem. Et hoc unde est nisi quod visualis spiritus ad corruptum oculum perveniens ... corrumpitur, rediensque oculos corrumpit. Sed quomodo eundem, probatio est quod sic contingit. Sed cum homines sint diversarum complexionum, alii enim sunt calidi, alii frigidi, alii humidi, alii sicci, visualis spiritus ab aliquo veniens qualitates suas secum deferens per faciem alterius contrarie complexionis illum corrumpit. Contraria namque contrariis leduntur. Unde est quod vetule lingentes faciem et conspicientes

Aliquo non istorum deficiente deficit visus

illud cernant quod enim est ibi [illegible]
exprimunt. Ut igitur sit visus tria sunt ne-
cessaria. Interior radius, exterior splendor,
obstaculum radii. His enim concurrentibus
est visus. Visus autem tres sunt species: con-
tuitio, detuitio, intuitio. Et est contuitio
quando aliquid videmus in illo in eo concur-
rente simulacro et ostendente. Qua-
lis visus fiat de ea satis diximus. Intu-
itio quando aliquid videmus in aliqua superfi-
cie aliquod oritur simulacrum. Detui-
tio vero quando non in superficie sed in profun-
do apparet ut in aqua dicitur. Et detuitio
quasi deorsum tuitio. Restat ergo de intuitio-
ne et de detuitione. Que quia eadem
est causa detuitionis disputemus
ut quod de ea constituemus de detuitione
intelligatur. Cum ergo visualis spiritus ad
aliquid videndum dirigitur per habilitatem
hinc et illuc dirigitur. Informatus ex
formis circumstantium. Si ad aliquod obscurum
pervenerit propter sui subtilitatem videre non pos-
set. Qui autem ad aliquid radiosum perspi-
lendens illius apparet. Aristoteles vero dicit
ibi nullum apparere simulacrum sed hominem se
et posteriora inde tali modo cum predictus
spiritus aliquod radiosum ostendit radius
illius elisus repercutitur et visus ad faciem
videntis ipsum posteriora percipit. Sed quia me-
diante speculo hoc contingit vultum hoc in spe-
culo apparere. Sunt qui dicunt aera in-
hominem et speculum diversis formis et colo-
ribus insignitum. Unde si aliquid op-
ponatur splendidum apparet. Si contrario
non. Auditus autem sic contingit. Cum aer
naturalibus instrumentis percussus formam vocis
accipit, proximus sibi aer per eum quam
recepit simili forma informatur, et ille alium
donec ad aures perveniat ad medium tympa-
ni situs et cavernas quibus resonantibus ex-
citatur ille spiritus animalis descendens ex
ad aures per quosdam nervos informat se
simili forma sicque informatus ad logis-
ticam cellam rediens auditum operatur. Et
Similiter alii sensus fiunt eodem animali
spiritu ad illorum instrumenta per nervos a cerebro
descendentes. Et quoniam de perfectis
ab illis anima meditatur. Et

De anima et eius virtutibus et quo
est differt. Anima est spiritus qui-
dam coniunctus corpori ad dignitatem dis-
cernendi et intelligendi conferens. Quod enim
per animam discernere sit discernere et intelligere
sic probatur. Quod crescente cura corporis
minuuntur ille virtutes, decrescente illa
cura corporis et crescente cura anime cre-
scunt ille. Si enim per naturam corporis essent
crescente cura corporis crescerent, augmen-
tata namque causa augmentatur et effectus.
Vel cum omnis creatura corporea vel spiri-
tualis in nomine sunt ut homo ex spiritu et corpore
constaret ut cum utrisque aliqua affinitatem
haberet. Habet ergo cum corporibus vita carenti-
bus quod existit, cum herbis et arboribus quod vivit,
cum brutis animalibus quod sentit, cum spiritibus
quod discernit. Unde est quod in divina pagina
dicitur homo omnis creatura. Cum ergo
ex corpore et anima constet, dicimus tamen animam
in qua est similis creatori magis vere esse
quam corpus suum. Habet actiones anima vero non.
Quod dicet aliquis quomodo discernat quas
actiones in homine debeat iudicare anime
et quas corporis. Dicimus ille actiones que
communes sunt hominis cum bruto animali
vel cum corporibus carentibus vita et si anima
illas operatur in homine non debent anime
sed corporis. Que vero inveniuntur in homine et
nullo alio corpore esse possunt anime sunt,
discernere vero et intelligere anime est. Sen-
tire autem et similia corporis. Quod dicet
aliquis si anime actiones non sunt debet
ne dici virtutes vel vitia anime cum pro-
pter hoc sit anima et quod propter hoc dampnetur
vel remuneretur. Nos vero dicimus quod si
illius non sunt actiones eius possunt
esse virtutes vel vitia cum ad hoc sit anima
homini data ut illicitos motus corrigat,
qui ignorantia illius vel neglegentia illi-
citi. Sicut ergo si discipulus vel filius ne-
gligentia doctoris vel domini peccet, magistri
vel domini potius culpam vocat est. Sic nec
est anima illis contingentibus, non vero est
culpam est et si illius non sunt actiones.
Cum igitur homo ex anima et corpore consistat
queritur an sit corpori apposita an con-
creta an compacta an coniuncta. Uno quippe
istorum quatuor insunt omnia que sunt

malicuius compositione apposita non est
quia tunc anima contra corpus esset nec con
sit illud movere omne enim appositum
contra illud cui est appositum et maiores
vires habet in proximo ut ignis alicui
appositus. Contrarium non est. Contrarium
enim est illud quod continua sua transit in al
terius substantiam ut aqua per ebullitionem in
salem. Cum ergo anima non transeat in cor
poris substantiam sed semper spiritus est. Contra il
li non est corrupta. nullum enim corpo
rum esse suum retinet. Sed quod nobis
fit unum ut ex auro et argento fit elec
trum. Cum ergo utrumque esse suum retine
at non sunt commixta corpus et anima.
Coniuncta ergo sunt sed ita quod tota anima
in omnibus partibus est corporis esse suum
retinens tota et integra substantie [illegible]
Si in omnibus tota et integra est abscisa
una parte corporis ablata est tota anima
a corpore. Nos dicimus animam non esse in
aliqua parte corporis nisi dum est coniuncta
corpori [illegible] vita. Separata igitur a parte
corporis remanet anima in aliis partibus
corporis esse suum retinens tota et integra
in quibus ante tota erat. Item queritur an
anima sit precedens et corpus an e contrario.
Nos dicimus nullam esse illius causam preter
solum creatorem qui in omnibus dat esse. Unde
plato omnium philosophorum doctissimus dicit deum
creatorem stellas ac celestes et spiritus
circa formandi hominis iniciasse operam
vero animam creasse et illis tradidisse ut
ex mixtione spirituum et effectu stellarum corpus
humanum constituerent et crearent. Sed sola vo
luntate creatoris anima constituitur. Item que
ritur an humana anima ante constat
tempus corpus et quando illi iungitur dica
mus illam non ante constare quod probari pote
st ratione et auctoritate. Si enim ante
esset vel in miseria vel in beatitudine
esset nullo precedente merito. Sanctus auctoritate
augustini hoc probatur qui dicit deus
cotidie creat novas animas. Cum propter
vero coniunctionis anime et corporis [illegible] diffi
nitur nobis tamen post operationem in forte
et [illegible] videtur. Cum
enim naturalis calor (?) per membra [illegible] diffe
rentia vita non potest esse nec anima
in corpore. Cuius anime diverse sunt pote
ntie scilicet intelligentia ratio et memoria.

et est intelligentia vis anime qua percipit
homo incorporalia cum certa ratione qua certa
sit. Ratio vero est quedam vis anime qua per
cipit homo quid sit res in quo conveniat
cum aliis et in quo differat. Memoria est vis
anime qua firmiter retinet homo ante cognita.
Sed queritur cum ista sint anime potestates cur
infantes in quo est anima non discernunt neque in
telligunt. Ad hoc dicimus quod anima hominis
a creatore habet principium ex quo est perfecta
in genere suo unde est quod ex quo perfecta et naturalis
sit que ab homine fieri possunt. Nec ex
[illegible] teneamus quod primum hominem qui an
te corruptionem humanitatis perfectam habuit scientiam
humana probari potest. Sed in corrupta humani
tate ex quo iungitur corrupto corrumpitur nec
potestates suas potest exercere donec usum
ex progenitura et aliquam doctrinam [illegible] inti-
pit discretionem. Veluti si aliquis cum subtili a
cie oculorum tenebroso carceri detrudatur vi
dere tamen non potest nisi consuescat tenebris
vel lumine accenditur. Unde virgilius quantum
non noxia corpora tardant. In prima vero etate non
precessit usus ex progenitura nec est tempus doc
trine conveniens. Cum enim ista etas calida
sit et humida statim cibum digerit et appetit un
de frequenti infusione indiget et effusione
spissus ex fumus generatur qui ascendens ce
rebrum in quo est vis discernendi et intelligendi
turbat. Hac etate sequitur iuventus que est ca
lida et sicca. Desiccatus est enim ille naturalis
humor quem contrahit homo ex matris u
tero. Unde non tam spissus nascitur fumus nec
tam cerebrum ita turbatur et est etas conveniens
ad discernendum et maxime si lampas diligen
tis doctrine accenditur. Sequitur senectus
frigida et sicca. Et est magis est enim naturalis calor
unde in hac etate viget memoria. Sed vires
corporis deficiunt ex frigiditate enim et siccitate
[illegible] constringitur memoria ex calore vero [illegible]
est impetum facere sunt vires corporis. Hanc
sequitur senium frigidum et humidum ex remoto
enim naturali calore crescit frigidum et humidum
flegma. Unde in illa etate deficit memo
ria fiunt homines pueriles. Est enim a
flegmate vis expulsiva. Hanc sequitur
anime et corporis dissolutio non enim extincto
calore naturali potest homo diu vivere. Et
sic de homine satis diximus cum est doce
re et doceri dicamus quales ut doceant.

quirendi sunt quales ut doceantur. Qua-
lis complexionis conveniens sit doctrine. In qua
etate sit incipienda et quibus firmanda.
Quis sit ordo discendi. Talis igitur ut do-
ceat querendus est qui neque causa laudis
nec spe temporalis emolumenti sed solo
amore sapientie doceat. Si enim ipsam
laudem diligit numquam discipulum affectum
suum removere permittit; subtrahet enim doctrinam
ne in eo quem plus diligit equatur vel supe-
retur. Si autem spe commodi temporalis inductus
doceat, nec curabit quid dicat dummodo
nummum extorqueat; sepe enim plus placent
nuge quam utilia. Sed si in amore scientie ad
docendum accesserit, nec propter invidiam doct-
rinam subtrahet, nec ut aliquid extorqueat
veritatem cognitam fugiet, nec si desistat
multitudo scolarium, sed ad profectum sui et aliorum
vigil et diligens fiet. Ut doceatur vero
talis eligendus est qui non sit doctrine
obstrepens nec superbus nec videatur
aliquid esse cum nichil sit, qui magistrum
ut patrem diligat, a quo cum maiorem
dignitatem accipimus eum plus diligere
debemus; aperte enim videtur esse accepimus
a magistro vero sapientes quod plus et dignius.
Nec tamen iniustum est quod diligant doctores, sed
utile est ut sententie illius et verba nobis
placeant, quia in eo quem diligimus sepe etiam bona
nobis displicent; illa quoque dum fugimus quomodo
studemus mutari illos quos non diligimus. Est autem ...
ius vero sanguinea complexio habilis ad doctri-
nam, quippe in omnibus temperata, in ... aliis
profectus cum labore potest esse, quia labor improbus
omnia vincit. Incipiendo vero doctrine adolescen-
tia est conveniens, quia ut ait Plato etas hominis
similis est cere que si nimis mollis sit vix
figuram recipit, vix retinet. Similiter si sit
nimis dura; ergo nec nimis tenera etas nec
nimis dura conveniens est doctrine. Terminus
vero doctrine est mors. Unde quidam sapiens
cum ab eo sit quesitum ubi est terminus disce-
ndi, respondit: ubi et vite. Quidam vero plusquam
nonagenarius moriturus inquisitus a quo-
dam suo discipulo si de morte doleret ait Sic,
quo ... quia tunc
incipiebam discere. Ordo vero discendi talis
est ut tamen per eloquentiam ... sit doctrina ...
... in eloquentia autem tres sunt partes
recte scribere et recte pronuntiare ... quod facit
grammatica; probare idem quod probandum est

quod docet dialectica. Ornare verba et senten-
tias quod docet rethorica. Incipiendum igitur
in grammatica, deinde dialectica, postea
rethorica, quibus instructi et ut armis mu-
niti ad studium philosophie debemus accedere.
Cuius hic ordo est ut prius in trivio ut pre-
dictum est, deinde in quadruvio. Et in ipso prius in arism-
metica, secundo in musica, tertio in ge-
ometria, quarto in astrologia. Deinde
in divina pagina, quippe ut per
cognitionem creature ad cognitionem creatoris
perveniamus. Et quoniam modo in omni doc-
trina grammatica precedit, de ea dicere proposui-
mus, quoniam et si Priscianus inde satis dicit
tamen obscuras dat diffinitiones nec expo-
nit causas inventionis diversorum et ...
...um diversorum ... attinent ... quam ... quasi pre-
termittit. Antiqui vero glosatores satis
bene litteram continuaverunt et fecere ple-
rumque regulas bene exceperunt sed in
expositione ... erraverunt. Ego
absque minus dictum est ... proposuimus
quam obscure exponere ut ... ab
causas inventionis partium quasi ... et
diffinitiones Prisciani exponendo ... anti-
quus vero glosis continuationem et exponendo
litteram eiusdem et exceptiones regularum
et facere plerumque petat. Sed quoniam
de propositis super ... debemus que sunt et nec
videntur scientes compendia diximus
ut animus lectoris alacrior ad cetera discen-
da accedat, hic quarte particule longi-
tudinem terminavimus.

Humana natura multiplicata est ... a ...
... ut scribitur primo methafisice.
Hoc autem contingit propter eius imperfectionem
tam ex parte anime quam ex parte corporis. Et
ad hanc imperfectionem attendens philosophus primo
politicorum dicit quod homines vigentes in-
tellectu et virtutibus intellectualibus naturaliter
debent esse aliorum rectores et domini. Qui
vero donis intellectualibus non vigent sed ro-
busti et fortes corpore sunt, hii debent
aliorum esse servi et subditi. Et sic aliquis
non vigens intellectu propter sui defectum na-
turalis servus est. Sic etiam propter imperfectionem
et defectum a parte corporis, puta propter defectum
divitiarum tam artificialium quam naturalium,
multi servi facti sunt et sunt. Sed ad re-
movendum huius imperfectiones datum
est homini naturale desiderium acquirendi
perfectiones que sunt scientie et virtutes ...

facultas appellatur. unde methodus aut quadrivio

illud philosophi in principio 2 metaphisice
Omnes homines natura scire desiderant
hic autem natura est intellectus potencialis
Nam sicut materia prima habet appe-
titum insaciabilem ad omnes formas
individuales et abstractas ut habetur
in tercio de anima et sicut materia prima
per naturam suam non est sufficiens ens an-
tequam fiat actu ens per formam Similiter
homo non habet naturam suam perfecte maturam
ut emittetur xxx librum predicamentorum intelligi
debet de actu 2° et non primo Nota quod
notandum est quod perfectio est duplex prima et
secunda principia perfectionis perfectus est intellectus
in sui prima creatione nam perfectus corporis
est in hac homine imperfectus perfectione
secunda Cuius modi sunt scientie et virtutes virtu-
tibus enim perficitur homo per consequentiam
bonorum operum Scientiis autem perficitur inveni-
endo et addiscendo ut per modum patebit
Scientia igitur est perfectio hominis et bonum
hominis et perfectio eorum sunt sequitur quod scientia
est bonum hominis et quod hec est proprium
opus hominis et non tamen hominis sed etiam
summa et ultima perfectio est que est potentia
in materia ymo tanta est quod hec admira-
bilem questionem qualiter perfectio suo
perfectibili copulari potest et quod perfectio sit
in materia volunt auctores loqui de arte
tu dixit quod natura formavit hominem
et posuit eum regulam in natura ut osten-
deret ultimam perfectionem in materia et dicit
quod artes hac naturam modo inveniunt quod est
intellectus possibilis cui debet perfectio quod
scientia est ad cuius cognitionem sunt quinque no-
tanda primum est quid sit scientia Secundum quod
quid sit appetenda et quomodo Tercium quod
quomodo fuit introducta necesse ut ha-
bemus modum acquirendi ipsam Quar-
tum qualiter impedita aliquando in sui ac-
quisitione et acquisita aboleatur Quin-
tum est de omnibus partibus que sunt et que
non sunt ut sciamus distinctionem et divisionem
scientiarum Circa primum sciendum quod scientie
sit scientia hoc et hec cognitio eius per diffinitionem
Est autem scientia nichil aliud quam speculatio
scibilis sicut ars domificatoria nichil
aliud quam domus species in anima Iuxta
quod notandum quod diffinitiones scientie aliquando
sub nomine philosophie aliquando sub nomine
scientie seu sub nomine doctrine artis et a
diversis philosophis et doctoribus multe et diverse

traduntur sunt quod quod sciendum est primo quod is-
ta octo vocabula scientia. sapientia. doctrina. disciplina.
ars. methodus. dignitas et facultas. idem significant
nominat sed differunt secundum rationem Scientia autem nominat sim-
plicem habitum cuius diminutio scientiam Sapientia
nominat eundem prout sibi superadditur sapor et delec-
tatio Unde sapientia quasi sapida scientia. philosophia nominat eum
prout sibi additur amor unde philosophus amator sapientie
dicitur Doctrina et disciplina nominant idem in genere
sed in persona docentis et addiscentis Sed doc-
trina prout est a doctore in discipulo Disciplina vero
ars sicut patet per eorum descriptiones ars et facultas
et methodus idem nominant ut est habitus possessor
in comparatione eius quod ars respectu operis et facultas
methodus respectu brevitatis Secundum huiusmodi quosdam
quia tamen Sub nomine philosophie multe inveniuntur
diffinitiones quarum quedam ponunt aliud nomina
Principia hoc est philosophia est amor sapientie dicitur
enim a philos quod est amor et sophos sapientia quasi amor
sapientie et debet addi cum desperatione eius cognitionis
eiusdem. nam non omnis amans est sciens est philosophus
sed amans et sciens Secundo modo diffinitur sic philosophia
est amor veritatis rationis id est illud quod amatur certa
ratione Scientia autem ratio est que per cognitionem
creaturarum surgit in laudem creatoris Tercio sic
philosophia est sciendum studium virtutis est enim studium
per virtutem Quarto modo sic philosophia est studium
corrigendi mentis quod ut dicit algazel nunc cogi-
tationes corriguntur per virtutes et scientias ut per ipsas
tamquam per dispositionem removente concupiscentiam animi
et tenebris ignorantie perveniat homo ad mundum
alterum ad scientiam perfectam quod est deus gloriosus et
sublimis Quinto autem modo aptius sic dif-
finitur philosophia est rerum que sunt et videntur
et que sunt et non videntur certa cognitio id est cognitio
rerum visibilium et invisibilium Sexto sic philosophia
est divinarum humanarum rerum certa cognitio et hanc diffini-
tionem complendo addit ysidorus cum ordine bene vi-
vendi Et caladius addit cum studio bene vi-
vendi Septimo diffinitur sic ab ysidoro
philosophia est ars artium scientia scientiarum et debet per excel-
lentiam ut dicit logice et metaphisice convenienter defendendo
quod et cum sunt certis communes [illegible] prima est dis-
cernendi rationes seu conclusiones ex premissis
Secunda est rectificando principia scientie specialis
si negentur Octavo sic diffinit eam ysaac philosophia
est assimilatio hominis operibus creatoris potes-
tatem humanitatis opera enim creatoris perfecta
sunt et bona et per philosophiam disciplinam
perficitur homo et fit bonus ymo deus secundum
quod dicit boecius natura deus est unus participa-
tione vero bonitatis plures Nono dif-

finit sic philosophia est ordo anime conveniens cum
ea ordinans et informans. Decimo sic
philosophia est cognitio sui ipsius ab homine et sic
componitur i. mortificatio sollicitudo [illegible]
morti. [illegible] inde quod hec diffinitio data est in
genere [illegible] causis s. formalis materialis et
efficientis. per hoc enim dicitur cognitio tangitur
genus eius et ita forma. per hoc enim quod di-
citur sui ipsius tangitur causa materialis. homo enim
convenit cum rebus omnibus rebus de quibus est
scientia cum causis essendo sive subsistendo cum
plantis vegetando cum brutis sentiendo cum
angelis intelligendo et sic convenit cum omnibus
corporibus corporis cum omnibus intellectibus per partem
anime et omnia de quibus est scientia sunt in illa. per
hoc quod dicit ab homine potest dici quod tangitur eius
causa efficiens. Undecimo diffinit sic a pla-
tone ut recitat ysidorus philosophia est cura studium et
sollicitudo mortis. Item sic diffinit eam albertus
philosophia est inquisitio naturarum humanarum dei quam apprehen-
sio [illegible] possibile est estimari. Iuxta quod
notandum quod ita secundum boetium in libro de dualitate [?]
[illegible] quatuor modis quorum omnibus est quod
[illegible] dicit omne illud quod ab intellectu humano com-
prehendi potest et sic accipitur hic. Item ter-
decimo describitur sic philosophia est de septo omni-
um esse [illegible] cognitio et [illegible] certa est
summa nobilitas [illegible] cognita et futuro
[illegible] spes eterne felicitatis. Item quartadecimo sic
diffinitur ab augustino philosophia est hic [illegible]
dam [illegible] et cognitionum cognitorum [illegible]
rum. Item quintodecimo et ultimo diffinitur sic a
[illegible] philosophia est vite duc-
trix virtutis indagatrix expultrix vitiorum. Item sub nomine
autem sapientie describitur scientia multis modis. Sapientia
est secundum quam sapiens magis omnibus habet scientiam omnium
universalium et non singularium. Secundo sic sapientia
est secundum quam sapiens difficilia cognoscere possit et
que non sunt levia homini ad cognoscendum.
Tertio sic sapientia est secundum quam sapiens certior est [illegible]
scientia et certiorem scientiam habet. Quarto sic sa-
pientia est secundum quam sapiens magis omnibus potest
discere causas circa omnia scientiam. Quinto sic sa-
pientia est que sui gratia et propter se eligibilis
et non gratia alicuius eventus. Sexto sic sa-
pientia est secundum quam sapiens alios ordinat et per
ordinatur et non ordinatur sapientis enim est or-
dinare et non ordinari. Iste sex diffinitiones
eliguntur conditionibus sapientis [illegible]

[illegible] Septimo diffinit sic [illegible]
[illegible] sapientia est eorum que vere
sunt et immutabile suam consistentiam sunt
sortiuntur i. apprehensio veritatis. Octavo
etiam sic diffinit [illegible] ysaac sapientia est scientia
veritatis primarum ac sempiternarum. Nono
sic diffinitur. Sapientia est quam omnem posses-
sionem precellit passio gratiosa que [illegible]
[illegible] colligitur [illegible] publica-
ta suscipit incrementum. Item per quam nobilis
thesaurus sive secretis penetralibus mentis
[illegible] affectus eterne delectationis acqui-
ritur. hec sola est per quam mens [illegible]
[illegible] deliciarum ad pa-
radysum [illegible] celestem et de immorta-
lem mortalem adducit hominem [illegible]
[illegible] mutationis auctoritate [illegible].
Diffinit etiam scientia sub nomine artis mul-
tis modis. Primo sic ars est collectio multorum
preceptorum ad unum finem tendentium. Secundo
sic ars est [illegible] compendium
[illegible] insigne [illegible]
[illegible] minima conveniens
quantitatem [illegible] ad subiectum applicens maxi-
mam [illegible] potestatem. Tertio sic ars
est arbor cuius [illegible] amarissima
amarissima fructus vero dulcissimus et qui
eius abhorret amaritudinem numquam gusta-
bit eius dulcedinem. Quarto describitur
ab aristotele [illegible] ars est [illegible]
cum ratione. Sub nomine doctrine describitur
scientia sic. Doctrina est sermo progrediens
ab ore doctoris [illegible]
[illegible] auditoris. Sub nomine
discipline etiam describitur sic. Disciplina
est [illegible] malo audientis
sui addiscentis et doctrina docentis. Sub no-
mine autem methodi i. semita [illegible]
[illegible] obliquitates et idem est
quod facultas sicut [illegible] patet. Adhuc
sub nomine scientie aliquibus modis diffinitur.
Primo modo sic. Scientia est nobilis anime
passio que [illegible] possessorem
que [illegible] publicatur [illegible] dis-
tributa autem recipit incrementum. Secundo
modo describitur sic [illegible] scientia est
[illegible] anime. Tertio sic scientia est
ordo [illegible] anime [illegible]
sit [illegible] patet igitur [illegible] quid
sit scientia quod [illegible] principium anime.

scie et doctrine. Et ut proceditur ad finem
propter quod scientia sit appetenda et querenda, ad
quod intelligendum est quod debemus scientiam
querere et appetere propter duo. Primo est quod sicut
practica est scientia est perfectio humana intellec-
tiva inferior ad potenciam anime specu-
lativa specialis et in virtutibus principalis
quantum ad potenciam aliquam practicam seu
activam. Secundo quia perfectionem intellectus que
scientia est consequitur delectacio sapidissima.
Scientia enim summa est delectacio intrinseca quod
qui ad acquisitionem scientie pervenerunt preter
omne aliud scientiam delectacionem ut est
secundum theologos et scientes. Hec est delectacio que
est vita eterna et hoc est quod auctor dicit in
physica. Sed cuilibet virtuti facienti opus
proprium delectacio est in opere proprio. Quanto virtus
nobilior et quanto opus nobilius tanto
maior est delectacio in ipsum opus illud.
Constat quod virtus intellectiva est virtus
nobilior aliis virtutibus et suum opus quod
est intelligere seu scire opus nobilissimum
est, ergo et eius delectacio nobilissima et sa-
pidissima est. Unde dicit Avicenna
nono methaphysice sue capitulo de promissione
divina: Et cum perfectio est nobilior vel
habundancior maior diuturnior cer-
cior et appriacior, Et tunc actio est per-
fectior et nobilior et preciosior illius delec-
tacio quam habebit eius excellencior glo-
riosior nobilior et sapidior. Et hec dicit
loquens de statu anime separate quos non
tetigerunt multi philosophancium nisi
ipse Avicenna. Secundum patet quod appetenda
est quod patet quia scientia est cognitio mag-
nitudinis creatoris secundum vigorem creature
ut ipsum veneremur per amorem. Sed per philosophiam
cum disciplinis pervenimus ad cognicionem
universi et tunc consulta virtute cognita
quod idem suus habuit creatorem inclinamur
in amore timore et reverencia tanti cre-
atoris infinitas creaturas. Et tertio propter quod
debemus querere scientiam et doctrinam circum-
stanciarum quas scientia requirit in suo pos-
sessore que sunt tres ut dicitur in princi-
pio libri de plantis s. nobilis affluen-
cia temporis futuri felicitatis appetitus
mentis illustracio (quarum summa nichil

est honestius) hac nichil felicius (scientia ad am-
bitum acceptionis nichil compendiosius. Et tertio propter
quod scientia est querenda similiter apte effectus eius
ipsius. Scientia enim possessorem divitem facit et
amabilem, quod autem ipsum divitem faciat patet
per Tullium dicentem quod solus sapiens est dives.
Unde Seneca: Omnis stultus pauper est et mi-
ser, ergo per oppositum omnis sapiens dives et beatus.
Quod etiam scientia suum possessorem reddat ama-
bilem patet per Ptolomeum in almagesti qui
dicit quod disciplina hominis cuius intellectus
sonus est et apud alios interesse, qui dicat non
quod alius per disciplinam intendat quam sua dis-
ciplina propter quod dicit Tullius quod sapientia non
solum hominem in se ipsum reddit amabilem sed etiam
in alio et alium in ipso. Et dicitur quod nos etiam alli-
cit ad scientiam. Sed sunt quam antiquorum qui omnino ali-
orum curam dimittentes studio scientiarum adheserunt.
Et quod ostendit hoc illud ille qui dixit quod si
alterum pedem haberet in sepulcro nichilominus
adhuc discere vellet. Hoc etiam hoc ostendit
Socrates qui suam pecuniam proiecit in mare ut liberius
vacare posset studio philosophie. Idem etiam ostendit
Democritus de quo narratur quod ipse excecabat sibi
oculos ut non effectibus sensibilibus vacare posset libere
operibus intellectus. Et consequenter proceditur ad
tertium s. quomodo scientia seu philosophia primo introducta
fuit in esse ut habeamus modum acquirendi eam.
Secundo ergo quod dupliciter est eius processus in esse per
primus et sensus ut videtur via admiracionis sicut
scribitur primo veteris methaphysice. Via antiqui
sapientes videntes effectus mirabiles et causas
ignorantes ceperunt philosophari. Unde dicit philosophus
quod fabulatores diligentes fabulas quodammodo
philosophi dicitur enim quod in fabulis duo sunt
falsa seu mendacia et media secundum philosophiam ammini-
cantur propter media que sunt in fabulis propter primo
sunt fabulatores. Secundo ortus scientie duplex est
in esse s. via inventionis ad quod maxime facit
sensus visus qui plurimas rerum differentias nobis os-
tendit. Et via doctrine ad quod maxime valet
sensus auditus. Est enim auditus porta mentis.
Ad istas autem duas vias ordinatur via cogni-
cionis et memorie quibus habetur universale
in anima quiescens quod est principium artis et scientie
ut dicitur in posteriorum. Post hoc procedit ad 4m
s. qualiter scientia in sui acquisitione impeditur
et acquisita quomodo sepius aboletur. Dicta quod se-
cundum quod scientia dicitur tripliciter ut habetur secundo
de anima. Uno modo impotencia sicut dicimus
puerum in potencia ad scientiam sicut cives

dicimus impotentia ad militandum. Alio modo
dicitur scientia ut habitus sicut in habente quantum
actu tamen per eam non considerante ut in magistro dor-
miente. Tertio modo dicitur scientia ut actualis consi-
deratio sicut est in magistro actu per scientiam conside-
rante. Scientia primo modo sumpta quantum ad suam acquisitio-
nem sex modis impeditur. Primo propter maliciam
complexionis. Unde secundo de anima dicit duros carne
ineptos mente molles autem carne bene aptos men-
te dicimus. Secundo ex impotentia seu debilitate
intellectus eorum qui non possunt separata intelligere de quibus
est scientia. Unde aristoteles secundo methaphysice dicit quod qui-
dam contristantur per sermonem per scrutationem et odiunt
ipsum. Et causa est impotentia intellectus quia
per scrutationes non possunt recte intelligere nec
apprehendere nec comprehensas retinere eo quod sub-
tiles sunt et ipsi rudes. Tertio modo impeditur
scientia in sui acquisitione ex condignatione fal-
auditorum intellectus qui singula contempnit propter
sui fatuitatem quia simulat per scrutationes dis-
putationes in scolis et meditationibus proterviren-
tes. Dicitur [illegible] enim quod sicut est vilis
protervie in mente quod similiter sit malum protervire
in disputationibus ad inquisitionem veritatis.
Quarto impediuntur homines in acquisitione
scientie et ad eam non perveniunt quia eam recta inten-
tione non querunt. Dico autem eos recta intentione
non querere scientiam qui more sacro tamen alia
non querunt quia inquirendo scientiam querunt
satis facere hominibus et non ipsis rebus ut hominum gloriam
et non rerum scientiam recipientes et quia non recte que-
runt impediuntur circa cognitionem veritatis que
non alia intentione querunt nisi ut hominibus
satisfaciant amore et apparentia multifaria
huiusmodi modos multi operentur prosequi de quibus
non libet ad presens exprimere. Quinto modo
impediuntur homines in cognitione veritatis quia
recto tramite in recto studio non procedunt.
Dico autem eos non recto tramite procedere quia
ex principiis assuetis videntur ad conclusiones et
ex principiis acceptis per consuetudinem et non via sen-
sus experimenti et memorie. Isti enim non recte
inveniunt scientiam. Nam et si scientiam inveniunt
tamen ad eam non perveniunt dicit enim aristoteles
in primo methaphysice et secundo posteriorum et auctor
octavo phisicorum quod conclusiones cognoscere scire
per propositiones per prima principia. Sunt principia
autem via sensus memorie et experimenti.
Fortissimum igitur impedimentum est consuetudo
ut ait aristoteles in 2o methaphysice. 3m sub impedimentum consuetudo

quod homines impediuntur ne perveniant ad
scientiam et non solum hoc verum etiam ne pos-
sint pervenire ad eam in tantum quod potentiam
tollit ita quod qui male dispositi sunt per aliquam
consuetudinem amittunt possibilitatem ad scien-
tiam. Unde auctor plures dicit quod quidam propter
consuetudinem ducti plus credunt oppositis
principiorum quam veris principiis et hoc est
quia opposita principiorum sunt eis magis
nota quam principia. Unde dicit aristoteles
in eodem methaphysice secundo quod qui consueti
sunt audire aliqua apparentia magis
consentiunt illis quamvis non sit vera quam
suis oppositis veris iudicantes ea vera
convenientia ad que consueti sunt et sua
opposita falsa et non solum hoc sed iudicant
ea ad que non sunt consueti esse convenientia
improbabilia et hoc quia animus ipsorum
magis delectatur ad consueta et non sunt ea magis
quam alia cuius signum subdit plus enim
dicit et tu potes scire quantum facit consuetu-
do et hoc considerando in legibus assistentes in
fabulis et apologis delectantur magis plus
quam in ipsa veritate. Sextum impedimentum
in acquisitione scientie est sollicitudo et cura
quam habet homo circa humana mundana et
sensualia delectabilia ista enim auferunt
hominem a cognitione veritatis et tollunt
sibi potentiam perveniendi ad scientiam cuius causa
est quia anima occupata est circa aliqua
et mundana intentione sua aufert ab
aliis. Unde plinius in de sompno et vigi-
lia dicit quod motus magnes qui fiunt in
anima compellunt in morte ita ut cogitantes
multum non videant proprium sensibile sensui
oblatum. Et inde est quod qui debet per-
venire ad perfectam que in ipsis debet
esse abstractus a curis et sollicitudinibus
et totus intellectus suus debet adherere.
Patet igitur quot modis scientia in pote-
tia impediri potest. Scientia autem in habi-
tu potest impediri quatuor modis. Primo
modo per corruptionem fantasmatum. Unde
dicit philosophus in libro de anima. Corrup-
to quodam interius corrumpitur intel-
ligere. Secundo impeditur in ebrietate
continua. Tertio modo ex sompno nimio.
Quarto modo ex morbo diutino et longe-
vo. Et de hiis tribus dicit boetius
super predicamenta capitulo de qualitate.

ex tria sunt que impediunt scientiam s.
cecitas ebrietas nimius sompnus et mor
bus diuersis. Sciencia tercio modo dicitur impe
ditur duobus modis. Primo per sermonis
defectum apte docentis. Sermo autem
bene audibilis bene motiuus et bene
impressiuus multum confert ad scientiam. Se[cundo]
impeditur apte addiscentis per defectum
memorie. Tercia ut dicit in primo me-
thaphisice. Sola animalia in parte auditum
memoriam habencia disciplinalia sunt.
Patet igitur impedimenta quibus im-
peditur sciencie impotencia et habitu et
in actuali consideracione. Sciendum est
quod impedimenta quecumque preter hoc
et non tantum homines sed iumenta in
natos. Miser enim homo qui eam ne-
gligit. Tercia miser est homo qui quod
sibi seu homini proprium est et summum
negligit. Et qui quodque brutis commu-
ne est querit. Huiusmodi homines de-
plangit auctor dicens. Ve vobis
hominibus qui in numero bestiarum computati
estis labbantes [illegible] accipite
[illegible] paulis [illegible] honorandus ut sci-
entiarum professoribus. Deinde procedendum
est ad quintum s. de partibus et diffinicionem
et diuisionem sciencie et dicitur ex factum
quedam sunt diuine et quedam humane
et dicuntur iste et sciencie diuine causantes
sciencie aut humane causantur i. causate
sunt artibus humanis aut scienciarum quedam
sunt utiles et necessarie quedam vero dele-
tabiles [illegible] sunt et compositive. Sciencia [illegible]
aspectiua super res in [illegible] rerum raciones
infallibiles et certas quibus mediantibus
tibus in ipsis rebus speculatur ueritatem et
de talibus sunt sciencie de quibus dictum est quod
sunt utiles et necessarie. Sunt autem in con-
plando res [illegible] affectus suos super
ipsas post voluntates carnis legibus
sue concupiscencie sic subiacens rebus suas
constituit et magice dicuntur que ut
dictum est perniciose et utiles notate sunt.
Magice vero species sunt decem s. manti-
ca siue mantides, mantica est species di-
uinitiua. Mathesis sortilegium prestigia
maleficium. Mantica est species diuinatiua
cuius species sunt quinque s. piromancia aerimancia

Diuisio sciencie

geomancia ydromancia nigromancia. Piromancia
est ars diuinatiua in igne et motu ignis uel
in candelabro ubi apparent ymagines per
quas prenosticatur de morte futura propinqua
uel remota. Dicitur a pir quod est ignis et mancos
grece diuinacio et inde sciencia ex sciencia diuinatiua
in igne. Aerimancia in corporibus politis et
[illegible] sicut in unguibus et ense nouo uel in aere
[illegible] dicitur ab aer aeris et mancos diuinacio. Ydro-
mancia est sciencia diuinandi in specie et motu aquarum
dicitur ab ydros quod est aqua et mancos diuinacio
et inde sciencia id est sciencia diuinandi per aquas. Geoman-
cia est sciencia diuinatiua circa negocia terrena
sicut [illegible] faciendo. Dicitur a ge quod est terra et man-
cos diuinacio. Nigromancia est diuinacio
qua inuocantur demones et adiurantur
anime mortuorum ad dandum responsa. Que
[illegible] et tumulis frequenter exercentur et
maxime in regionibus septentrionalibus. Et
dicitur a nigros quod est mortuus et mancos
diuinacio et inde sciencia. Mathesis media pro-
ducta est sciencia diuinatiua cuius quatuor sunt
species s. oroscopium aruspicium augurium aus-
picium. Horoscopium est diuinacio facta per inspec-
cionem horarum et temporum. Et dicitur ab hora
hac et s. Aruspicium est diuinacio facta
per inspectionem hararum post immolacionem factam
ydolis sicut antiqui. Et dicitur ab hara hare et
specio spicis. Augurium est diuinacio facta in
garritu auium. Et dicitur ab auis et garritus.
Auspicium vero est diuinacio facta in volatu
auium a dextris et sinistris ante uel retro. Et
dicitur ab auis et specio. Sortilegium est sciencia
de rebus principaliter fit per [illegible] et sortes et per
collectionem ossium mortuorum et consimilibus. Quar-
ta prestigium est illusio humanorum sensuum
et exercetur ab ystrionibus qui deceptiones
dant apparere [illegible] et sic de aliis. Ultima
species est maleficium et vaticinacio [illegible]
animalis obstupefaciendo [illegible]
simpliciter uel ad tempus. Patet igitur
de scienciis que dicuntur prohibite de quibus no-
bis ad presens plura loqui. Sciencia autem
que dicitur esse utilis et necessaria sic diui-
ditur. Quedam est mechanica. Quedam li-
beralis. Mechanica est ad supplendum nature
defectus humanis apte corporis quibus subue-
niunt ut supra dictum est. Et ideo humana
multiplicatur est ancilla. Dicitur autem
mechanica a mechor mecharis quasi

Diuisio artis [illegible]

adulterum et ceteris respectu liberalium quia cor-
poris et ea que corporis sunt respectu anime
sunt vilia ¶ Et intellige quod mechanice ar-
tes primo invente sunt ut peccatis acquisi-
tis et decentibus [illegible] corporis ¶ Anima post-
modum libere posset vacare studio scienciarum libe-
ralium ¶ Mechanice scientie septem sunt species scilicet
lanificium armatura agricultura naviga-
tio venatio et theatrica ¶ Sub hiis autem
sunt omnes artes mechanice predicte
¶ Lanificium est ad expellendum frigus et ad
inducendum eius oppositum et cetera ad decorem
¶ Et continet sub se multas species quarum ne-
gotiatio est circa lane et lini ¶ Secunda est
armatura que est ad prohibendum mortem cor-
poralem et lesionem membrorum ab extrinsecis
ad informandum eius contrarium ¶ Tercia est agricul-
tura et est ad expellendum famem et sitim
et restaurandum et reparandum rem perditam ¶
¶ Quarta est navigatio que est ad expellen-
dum inopiam omnium terre seu patrie et ea
que habundant in alia et ad vicendum
eius contrarium et potest dici quod continet sub se
omnes modos mercandi emendi et ven-
dendi ¶ Quinta est venatio que est ad ac-
quirendum comedibilia ¶ Cuius species sunt
tres scilicet fenima aucupium piscatura ¶ Sexta
est medicina que est ad expellendum mor-
bum accidentem ab extrinseco corporis et ad
inducendum sanitatem ¶ Medicina enim consistit in co-
ibitione operum circa corpus humanum defuncti(?)
artibus et inter mechanicas reponitur ¶ Sep-
tima est theatrica dicta a theatro quia in the-
atro ~~[illegible]~~ ludebatur et que est ad expellendum
tedium et inducendum agilitatem corporis ¶ De-
inde videnda est divisio scientie liberalis ¶
¶ Dicitur autem liberalis vel quia hominem a
curis liberat terrenorum et in amore celestium
erigit ¶ Vel quia filii liberorum antiquitus
ad eius cultum tantummodo eligebantur ¶
¶ Vel quia eius doctores et discipuli ab exac-
tionibus et tributis principum erant immunes
et exempti ob eius excellentiam et nobilitatem
¶ Dividitur autem liberalis scientia in practicam
et speculativam ¶ Prima perficit intellectum
practicum sub ratione boni ¶ Secunda intellectum
speculativum sub ratione veri ¶ Est enim

exercebatur

politica

scientia ut dicit practica ut dicit avicenna
in prologo methaphisice sue scientia de rebus
que sunt in nostra opera unde practica est de
rebus que sunt cum racionabilitate consilia vite
docens modum ad operandum secundum determinatas
circumstancias in genere morum cuiusmodi est
moralis scientia ut scribit calcidius supra
thimeum platonis ¶ Ista enim est de operibus
hominum vel ad se vel ad alios et propter hoc
scientia moralis distinguitur penes diversos mo-
dos conviuendi et conversandi ¶ Nam unus
est cum subditis in regendo civitates et reg-
na et de tali est scientia moralis politica dicta
a polis quod est pluralitas et ycos scientia
quasi scientia de regimine plurium ¶ Alius est
modus conviuendi et conversandi cum propria fami-
lia de quo est secunda species moralis que dicitur
yconomica dicta ab yconomos quod est
dispensator ¶ Unde yconomicus idem est
quod dispensator quasi scientia disponendi et
regendi propriam familiam ¶ Tercius est mo-
dus conviuendi hominis secundum se et ad seipsum
¶ Et est per bonum anime proprie ¶ De quo
actu conviuendi est monastica dicta a mo-
nos quod est unum et ycos scientia quasi
scientia de regimine unius ¶ Prima istarum scilicet
civilis est tradita in legibus et decretis ¶ Secunda
dicitur tradita est a tulio in quodam libro
qui dicitur liber de officiis ut tractatu
de regimine familie ¶ Tercia vero ab aristotile
in ethicis ¶ Sed intellige quod quamvis in legi-
bus et decretis tradita sint quedam iura
et leges tradite tamen philosophus docuit mo-
dum condendi leges ¶ Unde nec imperator
nec papa modum condendi iura sive leges
tradiderunt ¶ Sed iura condita et leges con-
ditas modum condendi a philosophis sumpserunt
et habuerunt ¶ Docet enim philosophus in octa-
vo libro politicorum modum constituendi do-
minos certos civitates et regna ¶ Et quo-
modo quilibet alteri convivere debeat tam
in domo quam in civitate seu regno ¶ Propter
quod dici potest quod yconomica et politica in
octo libris politicorum sufficienter tradite sunt
¶ Monastica autem in octo libris ethicorum
¶ Et nota quod iste tres scientie dicuntur tam
penes finem quam penes materiam ¶ Penes
finem quia finis monastice est felicitas
¶ Finis yconomice est in mediate

finis eius politice qui dicat ex legibus posita est tranquillitas rei publice debeterunt enim penes materiam quia materia incongruens est bonum humanum mixte. Yconomica yconomice est bonum domus, ultima eius politice est bonum civitatis sive gentis.

O Ulterius sequitur attendendum est circa principia ad divisionem philosophie speculative que secundum philosophum sexto metaphysice sic dividitur quia quedam est scientia speculativa et principalis. Quedam autem minus speculativa que rationalis appellatur. Speculativa principalis appellatur que est de principali parte entis. Principales autem partes entis sunt scilicet ens divinum et ens mathematicum et ens naturale. Propter quod habemus tres scientias speculativas principales. Huiusmodi sunt metaphysica mathematica et naturalis. Quarum diversitas patet per diversitatem proportionum rerum de quibus sunt que sic dicuntur. Nam quedam sunt res que secundum essentiam et diffinitionem non possunt esse in materia sed separate a motu et materia. Quedam etiam sunt res que quamvis in esse extra intellectum sunt cum motu et materia. Et de rebus primo modo est mathematica. De rebus secundo modo dicitis est metaphysica. De rebus tertio modo dicitis est naturalis physica. Metaphysica que est prima philosophia secundum autem communiter dividitur in 14 partes quarum prima est prologus et durat a principio usque ad finem sexti. Secunda est de ente quod est subiectum simpliciter quantum ad sua principia que sunt materia et forma et etiam hoc de proprietatibus entis et hec durat a principio septimi usque ad finem decimi. Tertia est de substantiis separatis et durat a principio undecimi usque ad finem libri. Specialius autem possumus sic dividere determinata in metaphysica et librorum particularium diffinitionem ad invicem. Metaphysica enim est de ente simpliciter communis ut de subiecto vel etiam est de prima causa ut de subiecto sed diversimode. Nam de ente ut de eo quod continet omnia determinata in metaphysica et hoc est per modum per attributionem. De prima autem causa est ut de illo quod principaliter intenditur in scientia. Sed de subiecto et de prima causa principaliter intenditur in metaphysica.

Hoc tamen adhuc differunt. Nam cum principaliter intenditur in metaphysica subiecto cognoscere principalius sed scilicet prime principalissime. Sed tu intellige quod primum sex libri sic separantur ab invicem. Nam in primo ut a natura metaphysica determinatur modus habendi scientiam et de qualitate et de quantitate sic que metaphysica est. In secundo libro scilicet in principio non metaphysica de causis et principiis sanctorum. Et etiam hoc tangitur in precedenti scientiam philosophicam. In tertio libro movet plures quasdam questiones difficiles et eas non solvit sed in aliis libris subsequentibus eas dissolvit et determinat et facit hoc ut ostendit per rem illius scientie. In quinto determinat diffinitionem quorundam nominum analogorum ne impediant aliquid propositi. In sexto determinat de ente seu de communi per accidens ut ab hac excludat. In septimo incipit principaliter determinat de principiis substantie sensibilis ut de materia et forma et de diffinitione et de sensibili. In octavo congregat predeterminata ut addat aliqua complendo predicta. In nono et decimo determinat quasdam proprietates seu gradus entis. Huiusmodi sunt potentia et actus. Et unum et multa. Idem et diversum. Simile et dissimile. Equale et inequale. In undecimo et duodecimo de substantia incorrupta eterna et mortali prosequitur et per accidens de qua principaliter intendit. In tertiodecimo redit super opinionem platonicam et eam improbat eleganter et hoc facit etiam per totum quartum decimum. Duos libros aut libros metaphysice non habemus translatos quamvis in greco bene sint usque ad 14. Quidam etiam solent addere librum de causis quamvis posset dici quod distinguitur a metaphysica. Nam liber de causis est de substantiis separatis secundum quod una habet influentiam super aliam unde etiam ex hoc nomen accepit. Nomine enim cause nomen influentie est. Sic autem non considerantur substantie separate in metaphysica ut patet intuenti volumque de divina scientia. Post modum attendit ad mathematicam cuius divisio et sufficientia potest haberi si mathematice secundum hunc modum accipi potest. Mathematica enim sit de quantitate ut de subiecto. Aut est de quantitate continua aut discreta. Si de continua hoc est dupliciter vel de continua quantitate immobili vel mobili

Primo modo est geometria. Et dicitur a ge quod est terra et metros quod est mensura quasi scientia de mensuratione magnitudinum terre. Cuius sunt tres species. Altimetria. planimetria. substanciometria. Perspectiva scientia de perspectivis et est scientia de modo videndi nobis innata. De quibus sufficiat ad presens sic tussic in generali. Nunc est notandum quod quindecim sunt libri geometrie Euclidis sed de forma lectorum tantum sex sunt sic distincti. In primo determinat quid sit linea. quid punctus etc. Et de passionibus trianguli. In secundo de passionibus quadranguli. In tertio de passionibus circuli. In quarto de descriptione seu de comparatione unius quantitatis ad aliam quantitatem. In quinto de proportione que est passio consequens quantitatem. In sexto de proportione seu similitudine superficierum. Si autem de quantitate continua mobili sic astrologia communiter dicta que continet sub se astronomiam proprie dictam que est de motibus et de distantiis corporum supercelestium et astronomiam que est de effectibus huius corporum cum hiis inferioribus. Unde dicitur astrologia ab astrum astri et logos quod est sermo. Et astronomia etiam quod idem ab astro et norma regula quasi sermo normalis regula de astris quantum ad motus et distantias corporum nec non quantum ad effectus corporum. Unde naturalis subalternatur quodammodo astronomie. Si vero mathematica est de quantitate discreta hoc potest esse dupliciter vel enim est de quantitate discreta simpliciter et absolute. Vel de quantitate discreta relata ad proportione sonorum. Primo modo est arismetrica que est de numero accepto absolute. Secundo modo est armonia seu musica que est de numero relato ad sonos. Sic igitur habentur que constituunt quadruvium quasi quatuor vie tendentes ad eundem finem ut ad sapientiam. Sed unde quod due istarum sunt pure mathematice scilicet que considerant quantitates absolute ut geometria et arismetrica. Alie autem due considerant quantitates ad passiones naturales scilicet astrologia et musica. Propter quod stricte accipiendo mathematica tantum sunt due. Extendendo vero vocabulum possunt dici plures. Sed tantum dictum sit de geometria et astronomia quid sint et quomodo dividuntur dicitur consequenter

de arismetrica et musica. Unde secundum Boecium in primo arismetrice. Arismetrica prima est de numero mathematicorum. Et dicitur ab ares quod est virtus et rismos quod est numerus quasi scientia de virtutibus et proprietatibus numerorum. Juxta quod est notandum quod cum arismetrica dicatur de numero simpliciter et multitudo non concreta hic non est intelligendum precise ita quod nullo modo referatur quia bene refertur ad figuras geometricas ut determinatur in arismetrica. Sunt autem in arismetrica duo libri secundum Boecium in quorum primo determinat de numero secundum se in natura propria. In secundo de numero secundum quod aliquam naturam assumunt videlicet prout in figuris geometricis consideratur in medio geometricis et arismetricis.

¶ Consequenter dividenda est divisio musice cuius species secundum Boecium sunt tres scilicet mundana humana et instrumentalis. ¶ Mundana musica consistit in tribus primo in comparatione elementorum ad invicem et hoc triplicatur in pondere in numero et mensura. Secundo in motibus corporum superiorum et similiter triplicatur scilicet in situ in natura et in motu. Tertio de varietate temporis et hoc multiplicatur scilicet in diebus in vicissitudinibus lucis et noctis in mensibus in incrementis et in decrementis lunaribus in annis in mutatione veris hyemis estatis et autumpni. ¶ Humana consistit similiter in tribus primo scilicet in corpore et hoc triplicatur in vegetatione et humoribus et operibus. Secundo in anima et hoc in potentiis et virtutibus et proprietatibus eiusdem etiam in coniunctione utriusque et in illa amicitia mutua. ¶ Musica vero instrumentalis consistit in diversis generibus instrumentorum ut in tympanis cordis tubis organis voce cantilenis sigillis carminibus et similibus. Et nota quod musica in carminibus est multiplex. ¶ Est enim quoddam carmen dactilicum ita dictum a dactilo id est pede. Quoddam liricum sic dictum a lira quod est varietas sicut alia illud aliud carmen est bucolicum quod a bubus nomen accepit. Quoddam elegiacum et hoc est carmen de miseriis factum. Quoddam

etiam est tragicum a tragos quod est hircus
vel secundum quosdam a trage (?) i. [illegible] quia
potato vino canebant bibuli illud car-
men. Dicitur etiam quoddam carmen co-
mediacum a comedia i. circuatur (?). Unde
comediacum carmen est quod de vilibus ma-
teriis pulcritudine decoratur. Vel
a comos quod est villa et odos quod est lau-
us quasi laus villana. Est etiam car-
men quod dicitur satiricum dictum a satira lan-
ce deorum. Dicitur etiam carmen heroycum
quod est de gestis heroum i. illustrium
virorum. Patet igitur divisio musice per
mundanam humanam et instrumentalem
sed advertere quod de musica instrumentali
plus boecius determinavit. De mundana
autem humana parum aut nichil tractavit
quia morte fuit preventus ut dicitur.
Et etiam sciendum quod quinque sunt libri
musice quos tradidit boecius quorum
duo sunt de forma. Dicitur autem mu-
sica a moys quod est aqua et ycos sci-
entia quia primo circa aquas proportio
musicalis fuit inventa. Sunt autem
species consonantie scilicet thonus dytthong
dyatesseron dyapente dyapason et cetera
de quibus omnibus tantum in quadruviali
dictum est. Postea subiungenda est di-
visio naturalis philosophie. Natura est principium
motus et quietis eius in quo est per se et
non secundum accidens ut scribitur secundo physicorum.
Scientia igitur de natura est scientia de motu
et de corpore mobili. Unde corpus mobi-
le est subiectum in scientia naturali. Unde secundum
divisionem naturalis sumenda est divisio scientie
naturalis. Unde cum corpus mobile consi-
deratur in scientia naturali secundum omnes suas
gradus et divisiones. Intelligendum est
quod corpus mobile potest considerari
dupliciter vel generaliter secundum se et
absolute non descendendo specialiter ad ali-
quam speciem motus vel specialiter descen-
dendo ad speciales motus et ad speciales
terminos a quibus motus accipit speciem.
Si primo consideratur sic habet de-
liniari in libro physicorum qui etiam nuncu-
patur liber de physico auditu qui
exponitur ab aliquibus sic quod vocatur
liber de physico auditu seu naturali

quia determinata ibi plus auditu quam demons-
tratione scitur tamen sunt principia physica
universalia que principia habent plura propter
quod sicut dicitur aliquando intitulatur de princi-
piis physicis. Alii dicunt et melius quod vocatur
liber de naturali auditu quia ad audientes in
legendo scitur. Effecit enim phisicus aliquos
libros et postmodum legit eos quos scilicet
etiam legendo fecit. Si vero consideratur corpus
mobile contractum iam ad motum specialem
et ad speciales motus tunc accipit divisionem
secundum materie sue gradus. Est enim corpus
mobile quoddam simplex quoddam autem
mixtum sive compositum ex simplicibus. Si
primo modo consideratur corpus mobile scilicet
ut est simplex hoc est dupliciter vel secundum quod est
mobile secundum situm tantum vel prout mobile
ad formam. Si consideratur corpus simplex
mobile in quantum scilicet mobile ad situm hoc
dupliciter vel enim consideratur in se et absolu-
te sive respectu ad effectus suos quos motu
suo efficit in inferioribus que sunt mobi-
lia ad formam que recipiunt eius impressio-
nes. Primo modo consideratur in libro de
celo et mundo ibi enim consideratur corpus quod
mobile ad situm tantum sive mobile cir-
culare sive rectum. Si autem consideratur secundo
modo hoc est dupliciter vel ad impressiones
quas efficit celeste corpus circa corpus
elementorum et circa mixtorum motibus vel quantum
ad respectum ad diversa loca terre impressio-
num generandarum. Primo quidammodo de-
terminat de corporibus in libro de causis proprietatibus
elementorum et planetarum. Secundo vero in libro
de longitudine et latitudine terrarum et regi-
onum. Si autem fuerit consideratio de corpore
simplici mobili ad formam sic est liber
de generatione et corruptione. Si vero fiat
consideratio de corpore mobili mixto hoc dupliciter
vel prout est in via mixtionis vel prout est in
genere vel specie constitutum vel in esse mixti.
Primo est liber metheororum. Si autem
consideratur secundo modo corpus mobile mix-
tum constitutum scilicet est constitutum in specie sive cer-
to mixti ad hunc dupliciter consideratur secundum
eius duas differentias. Quia mixtum constitutum
in esse perfectionem vel est inanimatum
vel animatum. Si inanimatum sic spectat ad
libros de mineralibus sicut patet aliquali-

infine quanti methaurorum / Si fuit scientia
de corpore animato hoc potest esse dupliciter vel enim
consideratur corpus animatum quantum ad suam animam
principalem vel quantum ad suas operationes et pas
siones / Si vero consideratur corpus animatum quan
tum ad suam animam hoc potest esse tripliciter
/ Nam anime corporis animati vel est anima
anima intellectiva vel anima sensitiva vel
anima vegetativa / Primo modo est liber de
anima quia licet nunc in libro de anima determinat
multa communia omni corpori animato et poten
cijs anime tamen principaliter de anima intelle
ctiva ibi determinatur / Secundo modo est liber de
animalibus / Tertio est liber de vegetabilibus
sive de plantis / Si autem fiat consideratio de corpore
animato quantum ad opera et passiones anime in
corpore et hoc est dupliciter secundum quod opera eius
sunt duplicia / Quedam enim egrediuntur
a tota substantia anime in se super corpus non descen
dendo ad potentias cuiusmodi est vita cui
opponitur mors et de talibus est liber de cau
sa mortis et vite et brevitatis et longitudinis
eorundem / Quedam passiones anime e
grediuntur ab anima quantum ad suas po
tentias et virtutes et hoc tripliciter secundum tres
potentias anime quia aut egrediuntur a potentia
anime vegetabilis cuiusmodi sunt nutrire
augere et generare / De quorum primo determinatur
in libro de nutrimento et nutribili / De reli
quis autem duobus scilicet augere et generare in libro de
generatione et corruptione / Si vero operationes
egrediuntur a potentia anime cuiusmodi sunt
due scilicet sentire et movere secundum locum per sensum
tactum scilicet / Si vero plus naturalis fuit consi
derans de potentia sensibilis quantum ad actum
primum hoc est tripliciter / Opus enim sentiendi
tripliciter variari potest / Uno modo secundum quod
comparatur ad spiritus corporea / Alio modo secundum quod
actus sentiendi est ab animali indifferenter
exterius et interius preter comparationem ad sen
sibile secundum tamen quod actus sensibilis est apte
natus fieri / Tertio modo comparatur actus sen
tiendi per reditum ad suam speciem spiritibus sensa
tam apud animam que prius fuit recepta
a re extra / Primo modo est liber de sensu et
sensato / Secundo modo est liber de sompno
et vigilia / Tertio modo est liber de memoria
et reminiscentia / Si vero fuit scientia naturalis
de potentia anime sensitive secundum quod mo
tiva est vel secundum quod habet actum qui
est movere aut quarto secundum quod motiva est
in aliqua parte corporis determinati quantum
ad aliquos modos speciales cuiusmodi
sunt motus pulmonis ad refrigerandum
cor animalis in attrahendo retinendo et
emittendo aerem / Aut secundum quod motiva
est animalis simpliciter / Primo est de
inspiratione et respiratione cuius continu
ativum potest dici liber de differentia
spiritus et anime / Si vero consideratur corpus
prout est habens animam motivam simpli
citer sive secundum locum sive constringendo se
et dilatando corpus animalis in eodem lo
co / Sic habemus librum de motibus anima
lium / Hii etiam motus secundum differentias
generales sunt duo in animalibus omne enim
animal aut movetur motu progressivo aut
motu dilatationis et constrictionis aut u
troque modo / Et sic patet divisionem
naturalis scientie sufficientem / Unde si aliqui
alij libri sunt sub predictis ponendi sunt

Adhuc sequitur attendendum est
ad divisionem scientie rationalis
que est accidentalis sive administrati
vus modus philosophie / Est autem scientia ratio
nalis non quia ratiocinatur quia sic omnis
scientia rationalis esset / Sed dicuntur ratio
nales scientie quia sunt de rationibus seu de
intentionibus rerum tanquam subiectis de
subiectis et partibus subiecti et passionibus
/ Unde dicit avicenna in prima methaphi
sica quod logica considerat intentiones que
secunde apponuntur intentionibus primo in
tellectis secundum quod per eas devenitur de in
cognito ad cognitum / Et comprehendit
ibi avicenna sub logica alias scientias
rationales / Dividitur autem scientia rationa
lis secundum divisionem sui subiecti de quo
est / Est autem rationalis scientia de modo
seu intentione rei / Usus autem
intentionis rei vel facit aliquid ad modum
ostendendi / Vel ad modum faciendi
Vel ad modum persuadendi / Vel etiam
est per essentiam aliorum predictorum modorum
scilicet vel modi ostendendi / Vel modi fa
ciendi / vel modi persuadendi / Et secundum hoc
habemus scientias rationales videlicet gra
maticam logicam et rethoricam / Ista tamen

quod gramatica de modo congruendi ut de subiecto / logica de modo sciendi / Rethorica de modo persuadendi / Ita quod omnis ratio rei que facit ad modum congruendi propter quod congruum congruibile refertur ad aliam sub forma congruitabilis gramatice consideracionis est / Et omnis racio que aliquid facit ad faciendum modum logice consideracionis est / Et omnis racio que aliquid facit ad modum persuadendi rethorice consideracionis est / De hiis ergo et earum divisionibus aliquid generaliter dicatur / Et primo de modo persuadendi / Secundo de modo sciendi / Tercio de modo congruendi / Secundum ergo quod rethorica modum persuadendi pro considerat ut subiectum / Quia omnia in rethorica determinata sunt partes sive passiones modi persuadendi attribuuntur / Diffinitur enim rethorica sic / Rethorica est sciencia loquendi disposite et ornate ad persuadendum iudicium / Unde officium rethoris est persuadere iudici disposite et ornate / Ad favorem partis proprie et ad indignacionem partis adverse / Intelligendum igitur quod facultatis rethorice sive modi persuadendi sunt quinque scilicet invencio · disposicio · elocucio · memoria · pronunciacio · Que quinque istarum per tuam aliquis modus persuadendi est vel possunt dici partes integrales quodammodo tum quia si aliquid horum defuerit tunc oratoris imperfecta est facultas eius et officium manebit incompletum quinque facultas horatoria hiis totaliter informatur / Et nota quod predictas partes sic describit tulius / Invencio est excogitacio rerum verarum aut veri similium que causam in foro rethorico probabilem reddunt / Disposicio est ordo ad distribucionem rerum demonstrans quibus locis sunt locanda / Elocucio est ydoneorum verborum et sententiarum ad invencionem accomodacio / Memoria est firma animi rerum verborum et disposicionis percepcio / Pronunciacio est vocis vultus gestus moderacio cum venustate / Secundum quinque secundum tulium tribus facultatibus

assequi potemus scilicet arte imitacione exercitacione / Est autem preceptio que dat certam viam racionemque dicendi / Imitacio est qua impellimur cum racione dicendi ut aliquibus similes esse dicendo velimus / Exercitacio est assiduus usus et consuetudo dicendi / Et tunc nota ad hoc quod instrumenta modi persuadendi seu rethorice facultatis sunt ista Exordium sive prohemium · narracio · divisio · confirmacio · confutacio · conclusio / Exordium est principium per quod animus auditoris vel iudicis constituitur et paratus est ad audiendum / Narracio est rerum gestarum exposicio / Divisio est per quam aperimus quid conveniat quid in controversia sit secundum quam exponimus quibus de rebus sumus acturi / Confirmacio est nostrorum articulorum exposicio cum assercione / Confutacio est contrariorum locorum dissolucio / Conclusio est artificiosus terminus oracionis / Item notandum quod rethorice sunt tria genera causarum scilicet demonstrativum · deliberativum · et iudiciale / Demonstrativum tractatur maxime in capitulis et communitatibus in eleccione personarum in quo requiritur quid honestum quid inhonestum / Deliberativum tractat circa negocia et est in quo queritur quid expediens quid utile quid inutile / Iudiciale autem tractatur coram pretore in quo queritur quid iustum quid iniustum

(q) / Deinde attendendum est ad divisionem logice Dicitur autem sciencia per quam intellectus humanus dirigitur in noticiam veritatis / Per quam et intelligitur ea que cognoscit et per quam ea que scit in ceteris artibus verius comprehendit / Hec ut autem dicitur est illa sciencia que esurientes pascit sitientes reficit timidos audaces facit linguas balbucientium dirigit animarum ad ceteras artes ordinat et disponit / Hec est sciencia sine qua nulla alia sciencia perfecte scitur / Per quam intellectus humanus a tenebris ignorancie convocatus excluditur et in plenam ducitur / Ex quibus concluditur quod ad omnes alias sciencias et artes obtinet principatum et hoc quia modum sciendi universaliter tradit ergo quod utilis est valde / Iuxta quod nota quod quidam ?horandus interrogabat quendam philosophum nomine aristippum quid sibi studium philosophie valeat cui respondit aristippus dicens quod studium philosophie sibi valet ut secure et intrepide loqui posset hominibus quibus vellet / Et

